4 LICET CAECVS, &c. Et ſic alia ſolemnitas requiritur in teſtamento Cęciut hic ſupra in princ.Cæcus qui dicatur Dec.in l. hac conſultiſſima num.1.cum ſeq.C.qui teſt.fac.poſſ. Et Cęcitas quomodo probetur Aret.in §. cæcus autem nu.1.inſt.quib. non eſt permiſſ.fac.teſt.Rolandi. de teſtam.rub.61.num.10. in vol.8. p.1.tract.a 29.Dec.in l.8. hac conſultiſſima num.45.C.qui teſt. fac.poſſ.vide dicta in cap.159.num.11.
5 VOLENS, &c. DISPONERE, &c. Ita dicit Specul.in d.§. 12. compendioſe nu. 42. de inſtr. ędit. Ad verbum Volens vide dicta in cap.159.num.13.Ad verbum Diſponere ibidem num.15.
6 HOC PRES. NVNC. TEST. &c. COND. &c. Cęcus non poteſt teſtari inſcriptis ſed nuncupatiue d. l. 8. hac conſultiſſ. vbi Caſtr.nu.1.& alij DD.C.qui teſt.fac.poſſ.Immo teſtator cæcus debet dicere ſe velle ſine ſcriptis teſtari Aret.in §. cęcus aũt nu.1.inſt.quib. non eſt permiſſ. fac.teſt. vide Aret.de teſtam. in princ.num.20. in vol.8.p.1. tract. a 32. uide in uol.2.comm. opin.in uer. teſtamentum nuncup. cæci Dec.num.4. & 5. in d. l.8. hac conſultiſſima C.qui teſt. fac. poſſ.

Hoc teſtamentum licet dicatur nuncupatiuum habet tamen ſimilitudinem cum teſtamen. inſcriptis Specul.de inſtr. ædit. §. 12. compendioſe num. 43. de quo tęſtamento inſcriptis dicetur in ſeq.cap. 163. Quare hoc dicatur nuncupatiuum Rolandi. de teſtam.rub.60. num. 2.in vol.8.p.1. tract. a 29. Quid autem ſit teſtamentum, & quid teſtamentum nuncupatiuum in cap.159. num.19.

Ad verbum Condidit vide in cap. 159.nu.20. & ad verba In hunc qui ſequitur modum,&c. eod.cap.159. num.21.

7 *In primis animam ſuam, &c.* In cap.159.num.22.
8 *Sepulturam elegit, &c.* In cap.159.num.23.
9 ITEM IVRE, &c. LEGAVIT,&c. Ad materiam legatorũ vide dicta in cap.159.poſt numerum 24. per plures numeros ſeq.

Ponere hic primo legata, & poſtea inſtitutionem conſidera an conſonet nam in teſtamento cæci prius inſtitutio eſt ponenda alias

alias dubitatur an testamentum valeat Rolandi.de testam. rub. 61.num.6.in vol.8.p.1.tract.a 29. Aret.in §.cæcus autem num. 2.inst.quib. non est permiss.fac. test·idem Aret. de testamen. in princ.num.20.in d.vol.8.p.1.tract.a 32.Castr.in d.l.8.hac consultissima num.5.vbi Dec.num.7.C.qui test.fac.poss.vide in vol. 2.comm.opin.in ver.testamentum cæci.

10 IN OMNIB. AVTEM,&c. HAEREDEM INSTITVIT,&c. Quod in testamento cæci prius sit ponenda hęredis institutio, postea legata vide in præced. num. 9. Alia de hæredis institutione vide in cap.159.num.43.cum seq.

11 IGITVR, &c. PROTESTATVS FVIT, &c. ESSE VELLE, &c. Ita docet Specul.in d.§.12.compendiose de instr. ædit. Rolandi. de testamen. rub.60. num.1. vide dicta hic supra num.6.& dicta in cap.159. num.83.cum seq.

12 EX SVI ANIMI,&c. ET SANI INTELLECTVS,&c. Ita docet Specul.in d.§.12.num.42.de instr.ædit. & ita disponitur in d.l.8.hac consultissima C.qui test.fac.poss.vbi DD. Rolandi. de testam.rub.60. num.1. in vol.8.p.1. tract. a 29. Alia vide in cap.159.num.9.& 11.

13 ROGANS INFRASCRPTOS TESTES, &c. Ita docet Specul.de instr.ędit.§.12.num.42.& alij adducti hic supra num. 1.& 2. Alia in d.cap.159.num.3.in cap.1.num.8.9.

14 ADHIBITOS AD PRAEDICTA,&c. Ita docet Specul. in d.§.12.num.42.de inst. ædit.& alij adducti hic supra in princ.& num.1.2.& vide dicta in cap.159.num.3.& num.8.9.

15 ET SVBSCRIPTIONES SVAS, ET SIGILLA, &c. Ita disponitur in d. l. 8.hac consultissima C.qui test. fac. poss. vbi Castr.num.4.& alij DD. ita docet Specul.in d.§.12.num,42.de instr. ædi. vide adducta hic supra in princ.& num.1.2.& infra in cap.163.num.29.cum seq.

16 EGO IO. VNA CVM INFRASC.&c.SVBSCRIPSI,&c. Quod hęc subscriptio sit necessaria disponitur in d.l.8 hac consult. vbi Dec.nu. 24 & alij DD. vide adducta hic in princ. & num. 1. 2. Aret.in §.cæcus autem num.2. in fine inst. quib.non est permiss. fac.test.Rolandi.de testamen.rub.60.num.1.in vol.8.p.1.tract.a 29. ubi ponit ordinem cordularum, & sigilli in testamento apponendo de quo ordine vide etiam infra in testamento in scriptis in cap.163.num.20. Formulam autem huius subscriptionis ponit Specul. in d.§. 12, num. 42. de instr. ędit.& vide infra in cap.163.num.23.30.31.

17 SOLITOQVE MEO SIGILLO,&c. Formulam hanc docet Specul.in dict.§.12.num.42.de instr.ædit.& ita faciendum dicit Aret.in d §. cęcus autem num.2.inst.quib. non est permiss. fac. test.Roland.de testamen. rub. 60. num.1. & deciditur in d. l. 8.

hac

hac consultissima vbi DD. vide adducta hic supra num. 1. & 2. & infra in cap. 163. num. 30. 31. cum seq. Sigillum si deficiat an valeat hoc testamentum Carp. ad stat. Mediol. cap. 323. vol. pr. qui citat. Hipol. Riminal. in consi. 84. vol. 1.

Alia de sigillo vide in cap. 114. num. 94. & in cap. 155. num. 19. & melius in cap. 163. num. 30. 31. 32.

18 *Sculptum, &c.* Ita docet Specul. de instr. ędit. §. 12. num. 42. vide dicta in cap. 163. num. 30. 31.

19 *Et in vna ex cordulis, &c.* Ita docet Specul. eod. & Rolandi. de testamen. rub. 60. vide in cap. 163. num. 30. 31.

20 EGO L. CIVIS ET NOTAR. &c. VOCATVS, &c. Hoc enim testamentum Cæci debet per notarium in scriptis redigi vna cum ipsius, & testium subscriptionibus licet sit nuncupatiuum Dec. in d. l. 8. hac consultissima num. 23. 24. 26. vbi alij DD. C. qui test. fac. poss. vide adducta hic supra num. 1. 2.

Formulam dictarum subscriptionum vide ętiam adducta in seq. cap. 163. num. 29. 31. Specul. in dict. §. 12. num. 42. in fine de instr. ædit. Aret. in d. §. cæcus autem inst. quib. non est permiss. fac. test. Rolandi. in d. rub. 60. de testamen. & alios adductos hic supra in princ.

Si notarius non interueniat consilium Castr. est quod dd. octo testes examinentur ad perpetuam memoriam vt per eum in d. l. hac consultissima num. 2. C. qui test. fac. poss.

21 RECITAVI, &c. Ita disponitur in d. l. 8. hac consultissima C. qui test. fac. poss. & docet Specul. eod. §. 12. num. 42. de instr. ædit. Rolandi. de testam. rub. 60. num. 1. in vol. 8. p. 1. tract. a 29. & alij adducti hic supra in princ. & num. 2. 3.

22 *Et Sigillum apposui, &c.* Specul. eod. Rolandi. eod. Aret. in d. §. cæcus autem inst. quib. non est permiss. fac. test. & alij adducti hic supra in princ. & in cap. 163. num. 30. 31.

Alia de sigillo vide relata hic supra num. 17. 19.

23 *Ad vnam ex cordulis, &c.* Vide relata hic supra num. 19. Ad hanc formulam de subscriptione, & sigillo testium vide etiam adducta in cap. 163. num. 29. 30. 31. 32.

Octo ergo subscriptiones, & octo sigilla requiruntur in hoc testamento cæci Aret. in d. §. cæcus autem inst. quib. non est permiss. fac. test. Specul. in dict. §. 12. num. 42. de instr. ædit. Rolandi. de testam. rub. 60. 61. vide adducta hic supra in princ.

Alia de alijs testamentis vide supra in cap. 158. & in cap. 159. per totum, & de testamento inscriptis in seq. cap. 163.

TESTA-

TESTAMENTVM INSCRIPTIS QVOMODO ORDINETVR CAP. CLXIII.

FORMVLA Huius testamenti non ponitur in formulario istoquia tale testamentum ob nimias solemnitates non est in vsu,& eum condere est valde periculosum ita quod dicitur Bartolum vnum tantum vidisse, & illud etiam nullum fuisse declaratum vt dicit Port.inst. de testamen. in princ. num. 10. & non esse in vsu communi dicit Hercul.in responso num.441.Bellon. in rub.num.14.inst. de testam. & ibi Tobb.num.12.qui Bellon. refert dictum Bartoli Roland.in consi.36. nu.1.vol.1.Guliel.de Bened.in cap.Raynutius p.1.versi. testamentum pri.num.9. ex. de testamen. Vnde cum sic titubare viderim volebam ab incepto desistere tamen statui postea infrascriptam ponere formulam vt facilius peritiores possint supplere, & in melius eam reformare ad proximi beneficium.

Formula ergo infrascritta eiusque ordo elicitur a Speculo in §. 12. compendiose num. 40. de instr. ædi.tio. & vide Rolandi. de testamen.rub.63.in vol.8.p.1.tract. a 30.Rolandus in consi.36. nu.1.cum seq.vol.1.vbi supplet Item eam ponit Faber.in §.possunt nu.14.inst. de testamen. Ponam tamen eam distinctim vna cum formula subscriptionum, & sigillorum ea maiori diligentia qua potero ad beneficium proximi ad honorem Dei quę sunt potissime causę quę me induxerunt ad componendum hoc opus Lauræ cum tot tantisque meis vigilijs.

Materia huius testamenti inscriptis habetur in l.21. hac consultissima vbi DD. C.de testam. & de ea tractat Rolandi. de testam, rub.63.& rub.4.vol.8.p.1.tract. a 2.& a 30. Aret.Tobb. & DD. in rub.& Faber.in §. possunt inst.de testamen. Missing.in §.sed cum paulatim num.1.instr. eod.& vide infra distinctim sub quolibet num. ad notata Io.Dilect. Dur. de art.test.tit.2. caut.1. in vol.8. tract. a 113. Afflict. decis. 143. num.1. cum seq.Si quid autem sine scriptura suppleatur an dicatur dicatur testamentum inscriptis Asyn.in prax. §.19. cap.5. limit.18. num.2.Castr. in l. quoties §. sed si num.5.ff.de hæred. inst.

Qui possint testari dictum fuit in cap.158.per totum vbi latissime Frater autem ingressus ordinem minorum si ante testatus fuit inscriptis an tale testamentum possit ante eius mortem naturalem publicari Phanuc. de dote in princ. in cap. per mortem num.10.in vol.9.tract. a 414.

Formula, & ordo testamenti in scriptis est sequens, qua expleta ponentur eius fundamenta secundum ordinem aliorum instrumentorum praecedentium.

1 ASSVMATVR Membrana pecudinea, seu de pergameno, aut alias solida (nã carta Bambaginea a temporis antiquitate atramento, & tineis facilius corroditur) & in parte superiori relinquatur in albo spacium ad minus trium, vel quatuor digitorum, & in latere dextro, & sinistro tantumdem spacij in albo, & in parte inferiori relinquatur spacium quantũ protrahitur palma
2 manus digitis extensis, vel circa, & in medio horũ spaciorum. 2.
3 scribatur tenor testamenti 3 vel ab ipso testatore vel ab alio de
4 eius mãdato 4 latino, vel vulgari sermone 5 Dei Nomine Inuo
5 cato Anno ab Incarn. D. N. I. C. 1610. die prim. Augusti Regnantibus prout in alijs instrumentis, vt in c. 1. nu. 5. & 6.
6 Considerans ego O. q. P. R. de Boliuis hominem in humano corpore perpetuo viuere nõ posse cum terenum alimentũ quo vtitur primeuum naturalem calorem intotum reintegrare non posse sed in parte eum refocillando, & nutriendo in parte tamen eum diminuendo consumit, & tandem ad nihilum deducit & extinguit quę naturalis caloris extinctio mors appellatur anima vero non augetur non minuitur nec extinguitur quia terreno non nutritur alimeuto sed vt immortalis immortalia, & non terrena desiderat deturpatur tamen, & cruciatur propter scan-
7 dala 7 Praedictam ergo corporalem mortem futuram conside-
8 rans, & proprium sapientis 8 prudentisque esse res suas ordinare ad finem, & scandalis obuiare statui hoc praesens testamen-
9 tum, & vltim. voluotat. condere prout condidi, & feci, 9 & volo quod valeat omni meliori fauorabiliori, & ualidiori modo quo possum, & quo de iure valere potest cuius tenor est qui sequitur videlicet.

Alio potes vti prohemio ad beneplacitum vt in cap. 159. num. 21. in fine.

10 IN Primis animam meam commendo, &c. Et sepelliri volo
11 in Ecclesia, &c. cũ ea funeris impensa, &c. 11. Itẽ iure lega-
12 ti relinquo opere &c. 12. Item iure leg. relinquo D. vsumfru-
13 ctum In omnibus aũt alijs bonis, &c. 13. haeredem vniuersalẽ
14 instituo F. Q. B. de R. Bancheriũ & Ciuem Florentinũ 14 cui
15 substituo, &c. eidemq; prohibeo alienationem, &c. 15 exe-
16 cutores autem &c. 16 & hanc dico esse, & esse vellem meã vlti-

n ani

17 mam voluntatem, & testamentum 17. quam, & quod, &c. 18.
18 & si non valet, vel non valeret, in vim testamenti inscriptis volo quod valeat in vim testamenti nuncupatiui, & si non valet vel nõ valeret in vim testamenti volo quod valeat iure codicillorum, vel donatio. causa mortis, & cuiuscunque alterius vltime voluntatis, & omni mel. mod. quo valere potest, vt supra 19.
19 Cassans irritans, & annullans, &c. non obstantibus, &c. quia omnino me penitet aliud, vel alia fecisse. Prout latius dictum fuit supra in cap. 159. de testamento nuncupatiuo.
20 Hoc testamentum sic scriptum plicabitur ita quod dictę cartæ primum versiculum superius coniungatur cum versiculo vltimo inferiori, & figantur ibi tres cordule implicatura vero dextri spacij figantur due, & in sinistri alie due ita ꝙ foramina cordularum non ledant literas quibus cordulis singula spacia ligentur, & singulę coniunctæ ligentur ita ꝙ inferiores litere videri vel legi nõ possint. De spacio vero albo inferiori relinquatur vacuum, & patenter ita quod ibi poni possit subscriptio, testatoris & subscriptio testium.
21 His sic peractis, vel in continenti, vel eadem, vel in alia die
22 prout testatori videbitur 22. testator vocabit septem testes masculos puberes non surdos nec mutos nec seruos sed ciues, & scribere scientes qui eorũ nomina pronomina, & cognomina in subscriptione ponere possint & sint tales qui non sint a iure improbati, & talem scripturam sic ligatam, & clausam in dict. spacio inferiori.
23 In pręsentia dd. testium d. testator subscribat manu propria si scit scribere hoc modo videlicet.

Ego O. q. P. R. de oliuis præsentem paginam clausam, & ligatam manu mea propria scriptam (vel manu aliena) in manibus tenens eam obtuli infrascriptis testibus purè à me ad hoc adhibitis vocatis, & rogatis vt secundu iuris ordinem eam subscribant, & sigillum apponant, & affirmo in ea esse scriptum meum testamentum, & meam vltimam voluntatem, & hæredis institutionem, & legata, & alia in eo disposita, & ob id coram eis presentem subscriptionem propria manu subieci, & meo sigillo in latere huius subscriptionis (& sic non ad cordulas sed sigilla testium possunt poni, & ad cordulas, & in latere subscriptionis) cum cera sigillaui in quo est, sculpta effigies seu caracter Sigillum.
24 vnius Lilij, & ita signaui 24. hac die pr. Augusti 1614. & in domo mea posita Florentiæ in popul. S. Laurenzi in via &c.

25 *Si vero testator, vel nescit scribere, vel aliqua de causa scribere impediatur tunc notarius pro testatore, vel alius de eius mandato subscribat hoc modo videlicet.*

Ego S.q.B.A. de M. mandato O.q. P.R. de oliuis presentis rogantis, & mihi mandantis asserentis se esse literarum ignarum (vel scribere impeditum propter infirmitatem) hoc testamentum legata, & hæredis institutionem in eo contenta de dicto mandato manu mea propria scripsi. Et postea talem paginam clausam, & ligatam infrascriptis testibus ab eo ad hoc vocatis habitis, & rogatis, & omnibus simul præsentibus ipse O. obtulit asserens illud quod ibi continetur esse suum vltimum testamentum, & vltimam voluntatem, & à me scriptum, & præsentem subscriptionem meam vice, & nomine suo, & in eius & infrascriptorum testium præsentia de eius mandato sigillum eius (vel alienum) habentem effigiem seu caratherem vnius Lilij, & cere impressi, & apposui in latere huius subscriptionis, & in testimonium me subscripsi, &c. hac die, &c. mense, &c. & anno, &c. in domo, &c. Sigillum.

26. Post prędicta, & hoc mod. ligat. & subscriptum dictus testator eum obferat dd. testibus dicens illud esse suum testamentum sua manu (vel manu talis ex sui mandato) scriptum, & subscriptum, & rogat dd. testes eisq;

27 mandat quod ipsum testamentum subscribant, & signum seu Sigillum apponant.

28 Tunc singuli testes vnus post aliũ antequam ad alium actum discedant, & sic vnico contestu 29. subscribant, & 30. Sigillum suum, vel alienum apponant, vel in latere dicte eorũ subscriptionis, vel ad vnã ex cordulis prędict. idest ad singulam cordulam singulum Sigillum Quarum subscriptionum vna cum dicto sigillo formula hęc erit videlicet.

31 Ego Z.q. F. P. de M. vt testis vocatus, & ad hoc adhibitus, & rogatus a d. O. testatore vna cum D.F.S.A.B.G. alijs testibus infrascriptis (vel suprascriptis) ad singula in hoc præsentis paginæ inferiori spacio facta contenta, & scripta simul præsentibus eiusdemq; O. etiam præsentia, & ad eius rogationem manu mea in testimonium me subscripsi 32. & eam Sigillo proprio (vel alieno dummodo exprimatur si est alienus) habente formam seu caracterem Rotæ signaui, & ceræ impressi in latere huius subscriptionis (vel ad vnam ex dd. cordulis appendidi) hac die, &c. mense, &c. anno, &c. & in domo, &c. vt supra. Sigillum.

Si subscribant alij testes, & sigillent, vel in latere eorum subscri-

ptionis.

ptionis, vel ad alias cordulas sigilla apponendo.

¶ Si ergo testator nō subscribat sed alius pro eo tunc erunt octo testes, & sigilla septem ad cordulas, & unum in latere subscriptionis, uel omnia dicta octo sigilla ad latera dictarum subscriptionum. Si uero testator subscribat erunt septem testes, & octo Sigilla modo prædicto.

33 Postea (non ex necessitate sed ad libitum) poterit iterū plicari prout fiunt copię examinationū testiū quę in partes mictuntur cum alia coperta & ligari, & super quolibet nodo sigillari, desuper scribi illud esse testamen. talis, & in loco tuto reponi.

34 Sed melius, & securius est ut, uel tempore subscriptionum, & Sigillorum, uel post subscriptiones, & sigilla supra ascripta eadem, uel alia die præsentibus dd. septem testibus, & eisdem ore nec non præsentibus alijs duobus testibus unus notarius se roget de tali testamento sic clauf. & de dd. subscriptionibus & sigillis in dorso seu ex parte exteriori dict. testamenti hoc modo Si fiat in alia die videlicet.

In Dei nom. &c. Anno, &c. In dict. Die P. V. sum. Pont. & S. n. Cos. &c. Actum, &c. pręsentibus A. & B. nec non etiam præsentibus I. L. M. N. O. P. G. septem (uel octo si octo fuerint qui ut testes subscripserunt) testibus testamentarijs infrascriptis proprio ore infrascripti O. de Olui. testatoris uocatis ad hęc omnia infrascripta, & rogatis.

Pateat, &c. omnibus qualiter Q. q. P. R. de Ol. constitutus in præsentia mei, & dd. testium, &c. presentauit mihi L. q. A.

35 notario, & ciui Florentino 35. quandam schedulam, uel quaternū foliorum, uel membranā clausam affirmans sicut affirmauit in pręsentia mei, &c, & dd. omniū testium talem schedulam, seu quaternum, uel membranam esse suum ultimum testamentum, & ultimam uoluntatem scriptam seu subscriptam a dict. testatore nec non a dd. septem testibus, & ab eo & eis sigillatam, & uoluisse, & uelle ualere ut testamentum in scriptis, & si non ualet, uel ualebit, ut testamentu in scriptis, uoluit, & uult, valere vt testamentum nuncupatiuum, & si non valeret in vim testamenti voluit, & vult, valere in vim codicilli, vel donat. causa mortis, vel cuiuscumq; alterius vltime voluntatis, & omni meliori modo, & legata, & institutionem hęredis, & alia ibidem scripta confirmauit, & confirmat in pręsentia mei, & dd. septem testium qui d. testamento subscripserunt, & quas subscriptiones & sigilla dd. I. L. M. N. O. P. G. testes prędicti tam simul quam quilibet eorum de per se respectiue in pręsentia mei, & dict. O. testatoris, & dd. A. B. aliorum duorum testium recognoueruunt, & affirmauerunt medio eorum iuramento; &c. a me eis, &

cuilibet eorum delato dd. subscriptiones sub eorum nominibus respectiue cantantes fuisse, & esse eorum propria manu factas, & scriptas, & sigilla per eos respectiue apposita ac si iudicialiter examinati fuissent, & ideo ego L. not. antedictus rogatus fui de dict. schedula siue quaterno, vel membrana, & testamento prædicto, & de dicta præsentatione, & recognitionibus, & affirmationibus, & iuramentis prædictis a dict. O. testatore in præsentia dd. septem testium testamentariorum, & dictorum aliorum duorum testium, vt supra ad hęc omnia habitorum vocatorum, rogatorum a dict. testatore, & qui O. testator similiter in præsentia prædd. deprӕcatus fuit me, vt d. schedulam quaternum seu membranam, & testamentum prædict. reponerem in Archiuio publico Florentino vbi fideliter conseruetur, & non aperiatur nisi post mortem d. O. testatoris, & in fidem me subscripsi, & meo signo signaui.

36 Vel alio modo quo infra fiat rogitus præd. in dorso dicti testamenti si talis rogitus fieret a notario eod. tempore quo fierent dd. subscriptiones, & sigilla, & est secunda formula d. rogitus videlicet.

In Dei nom. Anno, &c. Ind. &c. Mense, &c. P. V. sum. Pont. & Ser. Cosmo, &c. Actum, &c. Pręsentibus A. B. nec non præsentibus etiam I. L. M. N. O. P. G. alijs septem testibus testamentarijs ad omnia, & singula infrascritta respectiue habitis vocatis, & proprio ore dicti O. testatoris rogatis.

O. q. P. R. de oliui. constitutus in præsentia mei, &c. & dd. testium, &c. dixit, & confessus fuit, & affirmauit quod hęc schedula quaternus seu membrana, & scriptura in cuius dorso seu parte exteriori ego L. notarius infrascriptus præsens instrumentum in publicam formam conficio esse, & est suum vltimum testamentum, & sua vltima voluntas, & in eo adsunt institutio hæredis legata, & alia ab eo disposita quæ omnia confirmauit, & confirmat quam, & quod voluit valere, vt testamentum inscriptis, & si non valet, vel non valebit vt testamentum inscriptis voluit, & vult valere vt testamen. nuncupatiuum, & si non valeret in vim testamenti voluit valere in vim codicilli, vel donationis causa mortis, vel cuiuscumq; alterius vltime voluntatis, & omni meliori modo quo valere potest rogans dd. infrascriptos septem testes vt eum, & eam subscriberent, & sigillarent, & huiusmodi instrumenti testes etiam essent ideo dd. testes omnes præsentes, & in præsentia d. O. testatoris, & mei not. & dd. A. B. aliorum duorum testium suprascriptorum subscripserunt, & sigillauerunt testamentum prędict. rogans d. O. de ol. me notarium vt de prædictis conficiam publicum hoc instrumentum, & quod tale testamentum schedulam seu quaternum

ternum reponam in Archiuio publico Florentino vt sic clausum ibidem conseruetur, & non aperiatur nisi post mortem d. O. testatoris. Postea notar. subscribat, & suo signo signet, & reponat in dicto Archiuio.

Vidi quasdam formulas testamenti inscriptis quæ erant in Archiuio Florenti. sed cum in aliqua ex dictis formulis aliqua dubitatio inualditatis in me caderet ideo quomodo dd. testamenta essent ordinata, & publicata non refero.

Sequntur modo fundamenta dictæ formulæ dicti testamenti inscriptis videlicet.

1 ASSVMATVR ERGO MEMBRANA, &c. Ita docet Specul. de instr. ædit. §. 12. compendiose num. 40. Rolandi. de testam. rub. 63. num. 1. in vol. 8. p. 1. tract. a 30. hoc idem refert Roland. in consi. 36. num. 1. cum seq. vol. 1. Faber (qui aliam dictæ membranæ plicationem docet) in §. possunt num. 14. inst. de testamen. & melius est membrana quam carta Bambaginea quę facilius ab attramento tineis, & temporis antiquitate corroditur. Potest etiam in carta Delitia, & in tabula lignea, vel lapidea scribi §. nihil autem vbi Tobb. nu. 1. Port. nu. 1. inst. de testam. facit l. 4. ff. de bon. poss. sec. tab. Immo etiam in quacumq; materia l. quoniam indignum in fine vbi gloss. C. de testam. l. 1. in princ. & l. 4. ff. de bon. poss. sec. tab. sed an in carta Abrasa Aret. in d. §. nihil nu. 2. & Port. nu. 1. inst. de testam.

2 SCRIBATVR TENOR TESTAMENTI, VEL AB IPSO TESTATORE, &c. Requiritur enim scriptura in hoc testamento, & potest scribi ab ipso testatore Auth. & non obseruato C. de testam. late Bertac. in suo repert. in ver. testamentum qualiter ver. 23. Tobb. in rub. inst. de testam. num. 12. Io. Dil. Dur. de art. test. tit. 2. caut. 1. num. 1. in vol. 8. p. 1. tract. a 113. Afflict. decis. 143. num. 1. Castr. in l. hæredes num. 4. ff. de testamen. in l. hac consultissima in princ. num. 2. C. de testa[illegible] Faber in §. possunt num. 14. inst. de testam. & melius, & [illegible] tius est q scribatur manu testatoris si scribere sciat [illegible] flict. decis. 143. num. 1. & propter recognition[illegible] cau- sis faciendam de qua per Lud. Lan. de form[illegible] dict. Af- [illegible] in subscriptio- 17. & 39. in volum. 8. p. 1. tract. a 180. [illegible] test. in princ. num. 21. 23. 24. [illegible] alia vide hic infra num.

3 VEL AB ALIO DE EIVS [illegible] test. in princ. num. 17. 18. in [illegible] &c. Ita dicit Lud. Lan. de form. cum antiquitas num [illegible] vol. 8. p. 1. tract. a 180. Alex. in l. [illegible] in fine C. de testam. Faber. in §. possunt num. 14. inst. de testam. Vide alia adducta in preced. num. 2. & infra

infra num.21.23.24.25.

4 LATINO, VEL VVLGARI, &c. Ita dicitur in l. hac consultissima §. final. & l. quoniam in fine C. de testamen. Tobb. in §. nihil autem num.1. inst. de testamen. vbi alij DD. vide in cap. 159. num.21.

An autem possit scribi per notas Bald. in l. quoties volens §. sed si non in corp. num.6. ff. de hæred. inst.

5 *Dei Nomine, &c. Anno, &c. Die, &c. Regnante, &c.* Vide in cap. 1. num.1.2.4.5.6. cum seq. An in principio huius testamenti sit necesse apponere diem, & locum vide adducta hic infra num.21.24. & in cap. 159. num.2.

6 *Considerans, &c. animadeuti patur, &c.* Vide dicta in cap. 159. num.8.9 & 22.

7 *Mortem ergo, &c.* In cap. 159. num. 4.

8 *Prudentisq; sit, &c. & scandalis obuiare, &c.* In cap. 159. num. 5. & 8. Quod scandalis sit obuiandum in cap. 144. num.18.

9 ET VOLO, &c. VALEAT OMNI MELIORI MODO, &c. De verbo volo in cap. 159. num. 13. De clausula omni meliori modo in vlt. voluntatibus vide in d. cap. 159. num. 18. & num. 87. in fine, & in cap. 1. num. 23.

An d. clausula omni meliori modo operetur, quod dictum testamentum si non valet in scriptis valeat, vt nuncupatiuum Afflic. decis. 144. num. vbi Vrsill. num. 1. 2. cum seq. (qui dicit quod d. clausula, omni meliori modo est vt Erba Bettonica) Paris. in consi. 19. num. 10. vol. 3. Socc. in consi. 142. num. 5. vol. 1.

Regulariter autem sine dicta clausula, si non valet, vt in scriptis, an valeat vt nuncupatiuum Castr. in l. hæredes palam vbi declarat nu. 5. ff. de testam. Socc. in consi. 142. nu. 1. 3. vol. 1. Paris. in consi. 19. nu. 8. 9. 12. vol. 3. Vrsill. ad decis. 143. nu. 5. & ad decis. 144. nu. 1. Afflict. Marantm in prax. par. 4. disput. 9. num. 88. 96. & disput. 4. num. 413. Castr. in consi. 93. viso d. testamento num. 4. volum. 1. & consi. 414. viso, & examinato nu. 3. volum. 2. Cyn. in l. hac consultissima §. per nuncupationem vbi Ias. nu. 3. C. de testam. Bertac. in repert. in ver. testamentum qualiter versi. 40. cum seq. Grammat. decis. 62. num. 26. Ludo. Lan. de form. testam. in prin. num. 47. & consi. 1. num. 46. in vol. 8. par. pr. tract. a 181. & 184. Brun. de reb. dub. num. 57. in volum. 18. trac. 353. vide in vol. 2. comm. opin. in ver. testam. 373. colum. pr. in princ. & ibidem in q. 12. 375. & in ver. testator 367. Gul. de Bened. in cap. Raynutius par. 1. in verb. testamentum 1. num. 9. ex. de testamen.

10 *Imprimis animam meam, &c. sepelliri volo, &c. cum ea fun. impensa, &c.* In cap. 159. num. 22. 23. 24.

11 *Item iure legati, &c. lego opere, &c.* In cap. 159. num 25.

12 *Item iure leg. lego, &c. vsumfructum, &c.* In cap. 159. nu. 31.

13 IN OMNIBVS, &c. HAEREDEM INSTITVO, &c. Institutio heredis nominatim debet fieri in hoc testam. vel in subscriptione facta a testatore non tamen debet nuncupari coram testibus l. iubemus cum auth. seq. C. de testamen. vbi Alexan. num. 1. §. sed cum paulatim inst. de testamen. Hieron. Preuidel. de Peste in cap. testamentum num. 1. in volum. 18. tract. 174. si tamen alius pro testatore subscribat, an debeat nuncupari nomen hæredis Arett. de testamen. gloss. 5. num. 3. in volum. 8. par. pr. tract. a 38.

Alia vide in cap. 159. num. 43.

14 *Cui substituo, &c. & prohibeo alienationem, &c.* De substitutionibus vide in cap. 159. num. 76. cum seq. & de prohibitione alienationes eod. num. 49.

15 *Executores autem, &c.* Vide in cap. 159. num. 61. cum seq.

16 *Et hanc dico, &c.* In cap. 159. num. 83.

17 *Quam, & quod, &c.* In cap. 159. num. 84.

18 *Etsi non valet, &c.* In cap. 159. in princ. & num. 85. cum seq. & per totum, & de claus. Omni meliori modo quantum proficiat in testamentis in cap. 159. num. 86. in fine, & hic supra num. 9. & in cap. 1. num. 23.

19 *Cassans, &c.* In cap. 159. num. 89. cum seq. Prout præd. & alia latius posita fuerunt in testamento nuncupatiuo de quo in d. cap. 159. per totum.

20 HOC TESTAMENTVM CARTA PLICABITVR, &c. Ita disponitur in l. hac consultissima. C. de testamen. Hanc formulam plicandi claudendi, & ligandi docet Specul. de instrumen. æditio. §. 12. compendiose num. 40. Rolandi. de testam. rub. 63. in vol. 8. par. pr. tract. a 30. Roland. in consi. 36. num. 2. cum seq. volum. 1. & esse cum cordulis claudendum dicit Paris. in consi. 19. num. 5. vol. 3. gloss. in l. 1. §. si linum ff. de bon. poss. sec. tab.

Aliam formulam Claudendi, & ligandi hoc testamentum ponit Faber in §. possunt nu. 12. Inst. de testam. vbi multa pulcra dicit in hac materia.

21 HIS SIC PERACTIS, &c. EAD. VEL ALT. DIE, &c. Non refert an incontinenti, vel alia quacumq; die post scriptum te- mentum vocet testes, vel subscribat Spec. de instr. edit. §. 12. compendiose num 40. Rolandi. de testamen. rub 63. in volum. 8 par. pr. tract. a 30. Arer. de testamen. gloss. 5. num. 4. eod. uol. 8. par. 1. tract. 38.

22 TESTATOR VOCAT SEPTEM TESTES, &c. Ita disponitur in d. l. hac consultissima vbi DD. C. de testam. §. sed cum paulatim, & §. testes autem vbi DD. inst. de testam. Fobb. in

d. §. teſtes autem, & in rub. num. 12. inſt. de teſtam. Specul. de inſtr. ędit. §. 12. compendioſe num. 40. Rolandi. de teſtamen. rub. 35. num. 5. & rub. 63. in vol. 8. par. 1. tract. a 30. Aret. de teſtam. gloſſ. 5. num. 3. eod. vol. 8. 38. Io. Dilect. de arte teſt. tit. 2. caut. 1. num. 1. in d. vol. 8. p. 1. tract. a 113. Caſtr. in d. l. hac conſultiſſima num. 2. & Iaſ. num. 1. 5. 7. vide ſupra in cap. 159. num. 3. per totum.

Quod teſtes vocati, & rogati ſemper pręſumantur habiles dicit Cepol. in cautel. 219. num. 2. per totum.

23 IN PRESENTIA dd. TEST. SVBSCRIBAT, &c. Teſtator ita in præſentia teſtium ſubſcribere debet alias non valeret l. hac conſultiſſima vbi Caſtr. num. 2. C. de teſtamen. l. cum antiquitas vbi Iaſ. nu. 12. C. eod. §. ſed cum paulatim inſt. de teſtam. ita dicit, & hanc ſubſcriptionis formulam ponit Specul. de inſtr. ædit. §. 12. compendioſe num. 40. Rolandi. de teſtamen. rub. 63. in vol. 8. p. 1. tract. a 30. Faber. in §. poſſunt nu. 14. inſt. de teſtamen. Caſtr. in conſi. 414. viſo, & examinato vol. 2. Roland. in conſi. 36. num. 2. cum ſeq. vol. 1.

Sigillum quod apponi etiam debeat per teſtatorem in ſua ſubſcriptione dicitur in d. l. hac conſultiſſima vbi Caſtr. num. 2. C. de teſtamen. Roland. in d. conſi. 36. num. 4. volum. 1. Specul. & alij hic ſupra in hoc nu. 23. adducti. Quod cautius ſit adhibere ſigillum magnum Faber in §. poſſunt nu. 12. Inſt. de teſtam.

Hæc enim ſubſcriptio ſufficit licet teſtamentum eſſet ſcriptum manu alterius vt per DD. adductos in princ. huius num. 23. & hic ſupra poſt formulam nu. 2. 3. vide DD. in dict. §. ſed cum paulatim inſt. de teſtamen.

[Hæ]c ſubſcriptio nō eſt neceſſaria quando teſtator in fine ſchri[pto]..., & coram dictis teſtibus affirmat ſe propria manu totum teſtamentum ſcripſiſſe Rolandi. de teſtam. rub. 63. nu. 4. in vol. 8. p. 1. tract. a 30. facit l. cum antiquitas vbi Caſtr. num. 1. C. de teſtamen. Declara tamen vt per Iaſ. ibi num. 12. Faber in §. poſſunt num. 14. inſt. de teſtamen.

De ſubſcriptione, & ſigillo in teſtamento Cęci vide in cap. 162. num. 15. 16. 17. De ſubſcriptione epiſtolarum, & aliarum cędularum in actibus inter viuos in cap. 139. num. 16. & in cap. 155. num. 22.

24 D I E, &c. Quod in ſubſcriptione ſit bonum ponere diem, & locum vide Ludo. Lan. de Formul. teſtamen. in princ. num. 46. in vol. 8. p. 1. tract. a 181. Roland. in conſi. 36. num. 5. volum. 1 Faber. in §. poſſunt in fine inſtit. de teſtamen. vide ſupra in cap. 159. num. 1. 2.

25 SI VERO, &c. ALIVS PRO EO, &c. SVBSCRIBAT, &c. Et ſic in hoc caſu requiritur octauus teſtis vt in d. l.

hac

hac consultissima in med. & in l. cum antiquitas vbi Ias. num. 12. C. de testamen. Tobb. in rubr. 12. Instit. de testam. & hanc subscriptionis formulam ponit Specul. de instr. edit. §. 12 compendiose num. 40. Rolandi. de testamen. rurb. 63. in volum. 8. par. 1. tract. 30. Roland. in consi. 36. num. 2. 3. volum. pr. Missing. in §. sed cum paulatim num. 9. Inst. de testamen. Io. Dil. Dur. de arte test, tit. 2. caut. pr. num. 1. in d. volum. 8. par. pr. tract. 113. Castr. in consi. 414. viso, & examinato nu. 1. volum. 2. Faber. in d. §. possunt num. 14. Inst. de testamen. vide hic supra nu. 2. & 3.

Sed in hoc casu quando alius pro testatore subscribit Aret. dicit in gloss. 5. num. 3. de testamen. testatorem debere enunciare coram omnibus testibus nomen heredis, vt per eum in volum. 8. par. pr. tract. a 38. & Lud. Lan. de form. test. consi. 1. num. 19. eod. volum. 8. par. pr. 182. quod an sit verum, vel tantum sufficiat tale nomen hæredis ponere in subscriptione, absque quod palam enuncietur, vide §. quia vero auth. vt spons. larg. quem tex. citat Missing. in d. §. sed cum paulatim nu. 9. Inst. de testa.

26 POST PRAEDICTA, &c. TESTATOR EVM OFFERAT dd. TESTIBVS, &c. Quod testator debeat dicere testibus tale suum esse testamentum sic clausum eisdemq; testibus debeat illud offerre, vt subscribāt dicitur in l. hac consultissima vbi Castr. num. 2. & alij DD. C. de testamen. §. sed cum paulatim vbi DD. Inst. eod. Tobb. in rubr. num. 12. Inst. de testam. Spec. de instr. edit. §. 12. compendiose num. 40. Rolandi. de testamen. rub. 63. num. 1. in vol. 8. par. 1. tract. a 30. Aret. de testamen. gloss. 5. num. 4. eod. vol. 8. par. pr. 38. Afflict. decis. 143. num. 1. Faber. in §. possunt num. 14. inst. de testam.

Si testes scirent contenta in testamento non per hoc vitiaretur Ias. in d. l. hac consultissima num. 10. & alij DD. C. de testam.

27 ET ROGAT dd. TESTES, &c. Quod ita sint rogandi, vt sint testes ad dict. testamentum disponitur d. l. hac consultissima C. de testamen. vbi Castr. num. 2. Specul. in d. §. 12. compendiose num. 40. de instr. ædit. Rolandi. eod. rub. 63. de testamen. Roland. in d. consi. 36. vol. pr. Ias. in d. l. hac consultissima num. 1. 2. Missing. & alij in d. §. sed cum paulatim 3. & Faber in §. possunt num. 14. Inst. de testam.

Alia de rogando testes testamentarios vide in cap. 159. num. 3. versi. 3.

28 SINGVL. &c. ANTEQVAM AD ALIVM ACTVM, &c. Quid si vnus tantum non subscribat, uel non sigillet in totum corruit hoc testamen. d. l. hac consultissima. §. non subscriptum. C. de testam. l. singulos, ubi Bart. & DD. ff. de testamen. vide in seq. num. 29. 30.

Antequam ad alium actum quia subscriptiones, & sigilla omnia

L debent

debent fieri in præsentia testatoris, & vnico contextu licet corpus testamenti fuerit per prius scriptum d.l. hac consultissima, & l. cum antiquitas C. de testamen. vbi DD. §. sed cum paulatim vbi Missing. num. 8. & alij DD. Inst. eod. Tobb. in rub. nu. 12. inst. de testamen. Specul. de instr. ædit. §. 12. compendiose num. 40. Rolandi. de testam. rub. 63. num. 1. Lud. Lan. de Formul. testamen. in princ. num. 44. 45. in volum 8. par. pr. tract. a 181, Bald. in d. l. cum antiquitas nu. 1. & ibi Alex. num. 1. 9. & Ias. in princ. C. de testamen. Castr. in d. l. hac consultissima num. 2. Faber. in §. possunt num. 14. Inst. de testamen. Castr. in consi. 414. viso, & examinato num. 1. vol. 2. uide dicta in cap. 134. num. 7. Castren. in l. hæredes §. in testamentis num. 6. 7. ff. de testamen.

Vnico contextu quomodo intelligatur vide l. heredes §. fin. ff. de testamen. vbi Castr. num. 6. & 7.

29 SVBSCRIBANT, &c. Quod omnes debeant subscribere disponitur in d. l. hac consultissima vbi Castr. & DD. C. de testam. §. sed cum paulatim Inst. de testamen. Spec. in d. §. 12. num. 40. de instr. edit. Rolandi. de testamen. rub. 63. in uolum. 8. par. pr. tract. 30. Roland. in consi. 36. vol. 1. Afflict. decis. 143. Faber in §. possunt nu. 14. Inst. de testam. Missing. in d. §. sed cum paulatim num. 7. vide in præced. nu. 28.

Nisi enim testator mandaret testibus, quod subscriberent, & sigillarent non censeretur inscriptis testari Lud. Lan. de form. test. uersi. punctus num. 91. in uol. 8. par. pr. tract. 185.

Nota quod testes in tali subscriptione debent ponere nomen, cognomen, & pronomen eorum Quid, an & nomen testatoris, & aliorum suorum contestium Aret. de testamen. gloss. 5. num. 4. in volum. 8. par. pr. tract. 38. uide tamen eumdem Aret. in §. igitur in pupillari. num. 4. Inst. de pupill. subst. & Spec. in d. §. 12. compendiose nnm. 41. de instr. edit. Rolandi. ead. rub. 63. num. 2. Rolandus in d. consi. 36. num. 2. vol. 1. vbi ponunt d. formulam huius subscriptionis, sed aliter ponit eam Faber in d. §. possunt num. 14. inst. de testamen. vide Bart. in l. singulos num. 1. ff. de testamen.

Subscribere tamen non potest vnus testis pro alio conteste Ozer. in §. possunt num. 5. & ibi Aret. inst. de testam. l. singulos vbi Bart. ff. de testam. Missing. in d. §. sed cum paulatim num. 7. inst. de testam. vide adducta hic supra num. 28.

Dies, & locus an debeat in subscriptione poni vide hic supra num. 24. & in cap. 159. num. 2.

30 SIGILLVM SVVM, VEL ALIENVM APPONI, &c. Quod debeāt etiam in pręsentia testatoris, & aliorum contestium vno eodemq; tempore etiam sigillum apponere di-

sponitur

ponitur in d.l.hac consultissima ubi Castr.num.2.C. de testam. §.sed cum paulatim vbi DD.Inst.de testamen.l.3.ff.vnd.lib.l.2. C.de bon.poss.sec.tab.l.si vnus C.de testam.Castr.in l.ad testium §.si quis num.1.ff.de testam.Boer.in consi. 48. num. 2. vide hic infra nu.32.& adducta hic supra nu.29.& in cap. 162.num. 19.

Sigillum alienum quod possit apponi, uide hic infra num. 32.

31 *Ego, &c.* Formulam huius subscriptionis ponunt DD.addu. hic supra num.29.in fine, & vide relata supra in cap. 162.num. 20.in fine.

32 ET EAM SIGILLO MEO, &c. Hanc formulam ponendi sigilla in cordulis ponit Spec. de Instr.edit.§.12.compendiose num. 40. Rolandi. de testamen. Rubr. 63. Faber in §. possunt num. 14. inst. de testam. Roland.in consi.36. nu. 5. vol. 1. vide gloss.in l.1.§.si linum ff.de bon.poss.sec. tab. & uide adducta in cap. 162.num. 18.19.20.

Quod sigilla prædicta possint poni in eadem carta statim post sub scriptionem dicit Aret. de testam.gloss.5.num.4.

Sigilla autem debent esse clara,& habere caracteres,& non turbata, & quid si sint sigilla incisa vide l. ad testium §. si signa ,& §. signum ff.de testamen. (in quo §.signnm dicitur quod dd.sigilla possunt de nocte poni) Aret.de testam. gloss.5. nu. 4. in uolum.8.par.pr.tract.a 38.Io.Dil. Dur. de arte test. tit. 2. caut. 1. num. 1 eod.volum.113. vide dicta Port.in d. §. possunt num.6. Instit.de testam.vbi etiam Faber num.1. 2. 3. pulchre tractat de sigillis vide hic supra num.30.Alia de sigillis vide supra in cap. 155.num.19.& in cap. 114. num. 94. De sigillo Notarij in cap. 168.nu.40. in fine.

Cautius, est enim quod sigilla sint magna per dicta Fabr. in d.§. possunt num.12.Inst.de testam.

Sigilla autem,vel cordulæ si sint corrosa a muribus,vel a vetustate uide l.pr.§.fin.ff.de bon.poss.sec.tab.& l. nostram C. de testam.

Secundo dicitur sigillo meo non per hoc tamen excluditur sigillum alienum, nam sigillo alieno potest a testibus sigillari dummodo in subscriptione exprimatur sigillum esse alienum (non autem a notario qui suo tantum vtitur sigillo , vt infra in cap. 168.num.40.in fine.) §. possunt Inst. de testamen. l. si vnus ubi Alex.num.3.C.de testamen.Spec.de instr.edit.§.12 num.40.Rolandi. de testamen.rub.63.in d.uolum.8.par.pr.tract. a 30. Castren.in l.hac consultissima num.2.C.de testamen. Tobb.in rub. inst de testamen.num.12.& in §.possunt num.4.eod. ubi declarat quomodo hoc procedat Port. in d. §. possuut num. 1. Aret. num.2.& Faber num.4.5.Ozer.num.1.Missing. num. 4. & probatur in l.ad testium §. si ab ipso ubi Bart.num. 1. ff. de testam. Alia uide hic supra num.30.

Sigillare tamen, vel subscribere non potest vnus testis pro alio conteste vt hic supra num. 28.29. in fine, & num. 30.
Sigillo vnico quod omnes testes vti possint dummodo hoc exprimant probatur in §. possunt instit. de testamen. Tobb. in rub. num. 12. instit. eod. & in d. §. possunt Specul. Rolandi. Aret. & alij adducti supra in hoc num. 32. in versi. secundo dicitur.
Notarius tamen non alieno sed suo vtitur sigillo vt dictum est in cap. 168. num. 40. in fine.
Sigillum Anulus, vel Signum idem significant l. ad testium. §. signum vbi Bart. declarat ff. de testam.
33 POSTEA ITERVM, &c. Ita dicit Faber in §. possunt nu. 14. inst. de testam. disponi de iure cómuni q hoc testam. reponatur, vel apud seniorem testem l. fin. ff. de fid. inst. l. hac consultiss. C. qui test. fac. poss. vel in Ede sacra vel apud heredem in maiori parte institutũ. l. 4. §. fin. ff. fam. ercis. vel apud officium censuale l. testamenta omnia C. testa. vel apud notarium si in tali testam. interueniat d. l. hac consultissima in fine. C. qui test. fac. poss.
Testamentum enim hoc (si non interueniat rogitus notarij) dicitur scriptura priuata, & non publica, & ante publicationem non probat Specul. de instr. edit. §. 4. ostenso num. 34. 35. Socc. in consi. 142. num. 1, volum. 1. Gramm. decis. 62. num. 3. Abb. in cap. fin. nu. 10. de fid. instrum. Ias. in l. public. num. 2. C. de testamen. vbi etiam Bald. Io. Dilect. Dur. de arte test. artic. 2. caut. pr. num. 2. in volum. 8. par. pr. tract. 113. Bar. in l. 2. nu. 3. C. quemad. test. aper.
34 SED MELIVS, &c. Hæc est optima cautela, vt testamentum inscriptis valeat licet testes testamentarij decedant ante publicationem (de quo tractatur in seq. cap. 164. nu. 8.) Totum hoc vnà cum formula supra posita elegi ex dictis Castren. in l. 1. num. 9. & in l. iubemus num. 7. C. de test. Castr. in consi. 93. viso dicto testamen. num. 3. volum. 1. Abb. in cap. fin. num. 10. de fid. instr. Io. Dilect. Dur. de arte test. tit. 2. caut. 1. num. 3. in vol. 8. par. 1. tract. 2113. Specul. in d. §. 4. ostenso num. 34. 35. de instr. ædit. Roland. in consi. 36. num. 20. volum. prim. Socc. in consi. 142. num. 1. volum. 1. vide dicta Alex. in consi. 14. num. 26. vol. 6. Lud. Lan. de for. testamen. in princ. num. 14. cum seq. & num. 29. 39. & consi. 1, num. 108. in vol 8. par. pr. tract. 180. 181. 185. & Fulgos. in consi. 56. nu. 1. 2. vide dicta in cap. 164. in princ. & num. 6. in fine Ias. in l. 2. num. 4. C. de testam.
Et hoc modo cum tali rogitu tale testamentum probat sine alia publicatione vt per Abb. in d. cap. fin. si instrumenta num. 10. de fid. instr. & per alios hic supra adductos Tutius tamen est facere publicationem de qua in seq. cap. 164.
35 QVAMDAM SCHEDVLAM, &c. Quæ est scriptura pri-

gunt ut hic supra nu. 33. in fin. Rogitus tamen notarij in testamento, an requiratur Lud. Lan. de form. test. consi. 1. num. 87. in vol. 8. par. 1. tract. a 185. Roma. in consi. 306. num. 2. & in cap. 159. num. 92. Alia vide dicta hic supra num. 33. 34. & 10. Dil. Dur. de arte testa. tit. 2. caut. 1. num. 2. in volum. 8. par. 2. tract. a 13. vide in cap. 159. num. 92.

36 VEL ALIO MODO QVO, &c. Et sic aliam formulam subscriptionis, seu rogitus, dict. Notarij ponit Fulgos. in consi. 56. num. 1. 2. Bart. in l. pr. num. 2. C. de testamen. quæ est prędicta, vt supra secundo loco descripta; & à me in aliquibus suppleta, vt valeat in vim nuncupatiui per relationem ad schedulam vt in cap. 159. num. 44. & per virtutem clausulę omni meliori modo de qua in dict. cap. 159. num. 87. in fine, & hic supra num. 9. & num. 34. & infra in cap. 164. num. 6. in fine. Et licet DD. adducti hic, & in præced. nu. 34. 35. in formulis dict. rogitus notarij non ponant clausulam, quod valeat in vim nuncupatiui testamenti nec quædam alia nec iuramentum in recognitione subscriptionum (quando rogitus non fit in continenti) Tamen ego posui, quod valeat in vim nuncupatiui, quia testamentum potest valere per relationem ad schedulam vt in cap. 159. num. 44. & per dicta hic supra num. 9. & apposui clausulam Codicillarem de qua dixi in dict. cap. 159. num. 85. 87. Item apposui iuramentum in recognitione subscriptionum (quando rogitus fit ex interuallo) quia iuramentum videtur necessarium tum ex forma statuti Florentini de recognit. script. priu. vol. 2. tum de iure communi cum sit loco examinationis testis Prudentiori tamen iudicio me remitto.

Aduertat tamen notarius si tale facit rogitum dicti testamenti secundum dd. formulas, quod illud non restituat testatori, quia ipse Notarius per d. rogitum est factus Dominus d. schedulę d. testamenti vt dicit, Lud. Lan. de form. test. in princ. num. 29. in volum. 8. p. 1. tract. a 181. & probatur in l. testamenta omnia C. de testamen. & ob id addidi quod reponatur in Archiuio publico Florentino, quia ibi reconduntur omnes rogitus instrumentorum notariorum Florentinorum per ordinamenta dicti Archiuij.

Post mortem autem testatoris si non fuisset factus dict. rogitus similiter debet remanere perpetuo, seu reponi in Archiuio post facta publicatione vt dicit Specul. de instrum. edit. §. 4. ostenso num. 37.

In vita autem testatoris, & non facto dict. rogitu remanere, & reponi debet vt hic supra num. 33.

Scripturę autem recondite in Archiuio probant, & fidem faciunt Dec. in cap. scripta nu. 12. ex. de fid. instr. Bart. in l. at si contractus

tractus num. 11. C. de fid. instr. Dec. in Auth. si quis in aliquo num. 23. C. de edendo.

In dubio autem tale testamentum præsumitur esse apud hæredem Bertac. in repert. in verb. testam. dicitur versi. 29.

TESTAMENTVM INSCRIPTIS, QVOMODO APERIATVR, ET PVBLICETVR. CAP. CLXIIII.

FORMVLA Huius Aperitionis, & publicationis testamenti inscriptis demostraratur hic infra num. 6. 7. 10.

De hac materia tractatur in tit. ff. & C. quæmad. test. aper. vbi Bart. Bald. & DD. in l. 2. C. de testamen. & ibi pulchre Bald. & Ias. & alij Host. in summa ex. de fid. instr. nu. 10. 12. Vrsill. ad decis. 143. Afflict. vbi pulchre Roland. in consi. 36. num. 9. cum seq. vol. 1. Tobb. in rub. inst. de testamen. Hyer. prauidel. de peste in tit. de iudicijs in cap. Item. ex præd. num. 7. in vol. 18. tract. a 178. Ias. in repert. ad lect. in verb. testamen. in tit. test. quem ad aper. Felyn. in repert. in ver. testamentum quomodo publ. Bertac. in reper. in verb. testam. aperitur facit l. cum ab initio vbi DD. ff. quemad. test. aper.

Publicatio autem hæc an sit necessaria, quando dictum testamentum est scriptum manu publici Notarij Bart. in l. 1. num. 2. C. de testamen. vide adducta in præced. cap. 163. num. 34. 36. Lud. Lana de form. test. consi. 1. num. 108. in uolum. 8. par. 1. tract. a 185. Abb. in cap. fin. num. 10. de fid. instrum. Ias. in l. publicati num. 4. C. de testam.

1 TESTAMENTVM inscriptis tam antequam post aperitionem non facta publicatione dicitur scriptura priuata, & non probat vt in præced. cap. 163. nu. 33. in fine ideo requiritur publicatio ut ibi, & hic infra nu. 5. 6. cum seq.

2 Publicari tamen non potest tale testamentum absq; aperitione vt docet Fulgos. in consi. 56. num. 1. 2. & hic supra in fine princ. & modum docet ibi Fulgos. & posite fuerunt duæ formule in præced. cap. 163. num. 34. 36. & alia hic infra num. 6. 7. cum seq. & num. 10.

3 Aperire autem hoc testamentum aliud est, & aliud illud publicare Fulgos. in d. consi. 56. nu. 3. Roland. in consi. 36. num. 6. vol. 1. Bart. in l. 2. num. 1. C. quęmad. test. aper.

4 Aperitio enim nullam fere requirit solemnitatem quia non fit ad alium finem nisi vt inspici, & describi possit dictum testamentum Roland. in dict. consi. 36. num. 7. 8. volum. 1. & fit sine citatione aliquorum Dec. in l. eius qui in princ. num. 3. ff. si cert.

ff. cert. pet. Roland. eod. Ias. in l. pubicati num. 2. vbi alij DD. C. de testamen. vbi Ias. docet quid faciendum in sola testamenti aperitione vide DD. in l. 1. & in l. cum ab initio ff. queamd. testam. aper. & ipso aperto, & lecto nihilominus dict. testamen. remanet scriptura priuata donec non fiat publicatio, vt in praeced. cap. 163. num. 33.

5 Publicatio vero est reducere d. testamentum de scriptura priuata ad publicum documentum vt ei fides adhibeatur Fulgos. in d. consi. 56. nu. 3. Roland. in d. consi. 36. num. 9. Ias. in l. publicati nu. 3. 4. C. de testam. vbi alij DD.

Publicatio autem si non fiat secundum iuris ordinem testamentum est nullum DD. hic in praeced. adducti, & Paris. in consi. 19. num. 7. volum. 3. vide hic infra num. 8. & in ea requiritur magna solemnitas Hercul. in responso nu. 441. & vide adducta hic supra in princ. & nu. 5. & infra nu. 6. cum seq.

Publicatio ista an sit necessaria quando est institutus haeres necessarius Bart. nu. 4. Bald. nu. 5. & alij DD. in l. eius qui in princ. ff. si cert. pet.

Publicationis testamenti inscriptis requisita.

6 MORTVO TESTATORE, &c. Non enim aperitur nec publicatur nisi mortuo testatore Mar. in l. is potest num. 259. ff. de acq. haered. Bald. in l. publicati num. 10. C. de testamen. Rolan. in consi. 36. num. 10. Specul. de instr. edit. §. ostenso num. 34. cum seq. nam si non sequatur mors testam. non valet vt in cap. 119. nu. 24. in cap. 121. nu. 12.

Si testator ingreditur ordinem minorum an fiat publicatio dicti testamenti ante eius mortem in c. 163. in fin. princ.

Publicari, & petere publicationem an possit testator in eius vita ut ualeat in uim testamen. inscriptis & quomodo Fulgos. in consi. 56. num. 12. 3. Bald. in l. 2. nu. 10. C. de testamen. Roland. in d. consi. 36. num. 20. volum. 1. Bart. in l. non putauit §. si quis sua manu num. 3. ff. de bon. poss. contra tab. vide Bertac. in repert. in verb. testamen. qualiter uers. 23. Ias. in l. publicati nu. 4. C. de testam. vide in cap. 163. nu. 34. 36.

7 FORMA Dictae publicationis d. testamen. est ista videlicet Haeres qui subcederet ab intestato, uel alius interesse habens seu praetendes per viam simplicis comparitionis in actis describendae Comparet coram iudice ordinario loci absque solemni libello, & absq; litis contestatione sed per simplicia acta officium iudicis implorando petat aperitionem, & publicationem dicti testamenti praestito per eum iuramento ad delationem

nem

nem dict. D. iudicis quod talem aperitionem, & publicationem non petit animo calumniæ.

Ita docet esse seruandum Specul. de instr. edit. §. 4. ostenso num. 33. 34. cum seq. Roland. in consi. 36. num. 6. 10. vol. 1. Fulgos. in consi. 56. num. 3. Host. in summa de fid. instr. num. 10. 12. & probatur in l. cum ab initio ff. quemad. test. aper. Bart. in l. 1. nu. 1. ff. eod. Bald. in l. 1. num. 1. C. eod. Gram. decis. 62. num. 2. Bald. in l. publicati C. de testam.

Et sic coram competenti iudice l. 1. C. quæmad. test. aper. Hyeron. Præujdel. de peste in tit. de iudicijs in cap. item ex præd. nu. 7. in volum. 18. tract. 178.

Coram delegato an peti possit hæc publicatio Ias. in l. publicati num. 6. in fin. C. de testam.

8 Iudex visa dicta comparitione commictit ad instantiam d. comparentis citari omnes interesse habentes puta coniunctos, vel alios ad quos p. causa subcesionis abintest. deferretur, & si sint certi citantur in specie incerti vero citantur per proclamata ad videndam dictam comparitionē, & petitionem d. publicationis, & ad videndum comparere testes iuramentum eius de ferri & ad dandum interrogatoria, & dd. testes testamentarios examinari, & similiter d. D. iudex commictit citari dd. omnes testes qui subscripserunt, & sigillauerunt dictum testamentum ad recognoscendum dd. eorum subscriptiones, & sigilla, & ad deponendum an interfuerint dicto testamen. & an predictum sit testamentum O. de ol. de functi. Ita docet Specul. in d. §. 4. ostenso num. 34. de instr. edit. Roland. in d. consi. 36. num. 6. 7. 10. & quod requiratur dict. citatio dicit Host. in summa de fide instr. num. 10. vel Dec. in l. eius qui in princ. num. 3. ff. si cert. pet. vbi etiam Bart. Bald. & alij Vrsill. ad decis. 143. Afflict. num. 1. Bald. Ias. & alij in l. publicati C. de testam. Quid si non fiat dict. citatio an publicatio sit nulla Lud. Lan. de form. test. consi. 1. nu. 39. & 108. in volum. 8. par. 1. tract. a 183. 185. vide hic supra num. 5.

Item quod dict. citatio interesse habentium sit necessaria quando in d. testamento interuenit rogitus de quo in cap. 163. nu. 34. 36. Fulgos. in consi. 56. num. 3. vide adducta hic supra num. 6. in fine de publicatione facta ab ipso testatore.

Citationes autem quando debeant fieri specialiter, & nominatim, vel generaliter vide dicta in cap. 62. num. 17. & in cap. 150. num. 17. in fine & num. 31. & in cap. 101. num. 8.

Testes autem testamentarij si essent mortui Lud. Lan. de form. test. consi. 1. num. 4. & num. 68. in d. vol. 8. p. 1. tract. a 182. 183. Bart. in l. 2. num. 3. C. quemad. test. aper. Io. Dilect. Dur. de arte test. tit. 2. caut. 11. num. 2. & 3. eod. volum. 8. p. 1. tract. a 113.

113. Rolandi. de testamen. rub. 62. num. 6. eod. vol. 30. Bertac. in repert. in ver. testamentum aperitur versi. 2. vnde est bona cautela quę est posita in cap. 163. num. 34. 36.

9 Testes testamentarij prædicti si comparent examinantur cum iuramento à iudice eis delato absq; tamen capitulis super recognitione eorum subscriptionũ, & sigillorum, & super interrogatorijs partis (si interrogatoria dentur) & si dd. omnes testes concordant in deponendo tale esse testamentum dict. O. de ol. & de eorum subscriptionibus, & sigillis tales examinationes in actis redigantur.

Expletis examinationibus iudex viso d. testamento visa attestatione, seu fide mortis dicti testatoris visa fide solutionis taxe solute opere S. Mariæ Floris, & visis omnibus, & singulis prædictis in prędentia dd. septem testium nec non dd. Q. R. aliorum duorum testium (quorum nomina in dd. actis describantur) ad hoc adhibitorum, & rogatorum incidat ligamina, & aperiat dictum testamentum, & pronunptiet publicationem eius esse faciendam, & in publicam formam reducendum, & declarat fidem ei esse pręstandam, & mandat quod per notarium reducatur in publicam formam (vt infra) quod fit coram dd. septem & alijs duobus testibus.

Hoc docet Specul. in d. §. 4. ostenso num. 34. cum seq. de instr. edit. Roland. in d. consi. 36. num. 10. Aret. de testam. gloss. 5. num. 4. in fine in vol. 8. par. 1. tract. a 38. Nepos de exceptio. cap. 20. num. 7. in vol. 3. par. 2. tract. a 117. Rolandi. de testam. rub. 62. num. 6. in volum. 8. p. 1. tract. a 30. Tobbias in rubr. num. 12. inst. de testam. Bart. in l. 1. §. si quis neget num. 3. 4. ff. quemad. test. aper.

Testes autem prædicti si non sunt præsentes in Ciuitate non coguntur venire sed testamentum mictitur ad eos Bart. in l. 1. §. si quis neget num. 3. ff. quemad. test. aper. facit l. 2. C. eod.

Testes prædicti si iusta causa essent impediti an testamentũ possit aperiri (non dico publicari si essent mortui de quo dixi in præced. num. 8. in fine) coram alijs probis, & honestis viris vide DD. eod. & Paris. de Put. de Reassum. instrum. rub. x. num. 18. in volum. 4 tract. a 38. Bart. in l. 1. §. si quis neget num. 3. 4. ff. quemad. test. ap. pulchre Bald. in l. 2. num. 4. C. cod. tit.

Sigilla si fuerint turbata, vel incisa vide in cap. 163. num. 31.

10 Forma Rogitus dictę Publicationis a notario faciendi stante dicta pronumptiatione, & mandato per iudicem facto est ista videlicet.

Exemplat. r a notario totus tenor testamenti de verbo ad verbum, & postea dicet Anno Domini . . . Mense . . . . Die Indictione . . . . Regnantibus . . . . Actum in loco . . .

M præ-

presentibus A. B. C. D. E. F. G. septem test. nec non Q. & H. alijs duobus testibus adhoc habitis vocatis, & rogatis.

Hoc testamentum fuit exhibitum coram Eccel. D. Iudice QQ. per D. P. præsentibus A. B. C. D. E. F. G. testibus in dicto testamento subscriptis, & sigilla sua, & subscriptiones recognoscentibus & præsentibus dictis duobus testibus (vel H. I. L. R. S. T. V. alijs septem testibus idoneis, & honestis viris, & Ciuibus Florentinis, & inuenientibus in eo, & attestantibus in præsentia mei, &c. & d. D. iudicis, & dd. aliorum duorum testium talia sigilla, seu signa habentia tales caractes pendentia ad dict. testamentum esse sigilla, & signa propria (vel signa & sigilla eorum qui subscripserunt) & ego L. notar. public. Florent. tali authoritate, & de mandato d. D. Iudicis sic mandantis ad instantiam D. P. præsentis, & ita in præsentia dd. testium & d. D. Iudicis exemplaui quam veracius potui nihil addens, vel minuens, & in publicam formam redegi originali ipso, quod signatum fuit in Archiuio Communis Floren. remanente.

Ita dicit esse faciendum Specul. in d. §. 4. ostenso num. 37. cum seq. de instr. edit. Roland. in d. consi. 36. num. 18. 19. cum seq. Host. in summa de fide instr. num. 12. vbi dicunt hunc rogitum & publicationem fidem facere etiam si dictum originale deperderetur ad quod etiam vide dicta in cap. 168. num. 38.

His completis dictum originale sigilletur a dictis septem testibus qui publicationi interuenerunt, & reponatur in dicto loco Archiuij vt per Specul. & Roland. eod.

REVOCATIO TESTAMENTI. CAP. CLXV.

FORMVLAM Quandam Reuocationis testamenti ponit Roland. de testa. rub. 32. & rub. 57. in vol. 8. p. 1. tract. a 22. 29.

Ad hanc materiam dum dicitur hic adhibeas septem testes dicas an eadem solemnitas, & idem numerus testium requiratur in reuocatione vel penitentia pro banda, vel errore testamenti quę requiritur in eius confectione Mor. de fid. treg. & pac. q. 24. nu. 16. in vol. 11. par. 1. tract. a 422. Cels. Vg. de clausul. num. 213. in volum. 18. tract. a 500. Fusch. in sing. in ver. testamentum esse nu. 9. Alfan. in collectanea ad l. sancimus C. de testam. Crau. in consi. 25. num. 14. vide in volum. 2. comm. opin. in ver. reuocatione testa. a 279. Socc. iun. in rub. ff. de acq. poss. num. 124. Castr. in l. hęredes palam §. si quis num. 1. 9. & per totum ff. de testamen. Carp. ad stat. Mediol. cap. 319. num. 11. volum. 1. Bertac. in repert. in ver. testamentum reuocatur versi. 8. & per totum Riminal. instit. de Donat. in princ. num. 258. & num. 517. Asyn. in prax. §. 19. cap. 6. num. 2. Bald. in l. fin.

num.

nu. 16. C. de fideicomiss. Alia vide supra in cap. 159. num. 84. & hic infra num. 12. cum seq. vide tamen omnino Guid. Pap. q. 200. num. 1. 2. 3. vbi tractat an testamentum solemne aliquando per minus solemne reuocetur.

Si autem primum testamentum esset cum viginti testib. sufficiunt tamen septem testes ad eum reuocandum Couarr. de testa. par. 2. num. 1. in vol. 8. par. 1. tract. a 99.

1 GHERARDVS, &c. De nomine ponendo in cap. 1. num. 11. cap. 2. num. 12.

2 *Constitutus, &c.* In cap. 1. num. 12.

3 *Asserens, &c.* In cap. 110. num. 26.

4 *Se omnino penitere, &c.* In cap. 159. num. 91.

5 *De quodam testamento, &c.* Quid sit testamentum in cap. 159. num. 19.

6 *Omni meliori modo, &c.* In cap. 1. num. 23. in cap. 159. num. 87. & in diuersis terminis in cap. 163. num. 9.

7 *Deliberate, &c.* In cap. 66. num. 13.

8 *Ex certa scientia, &c.* In cap. 1. num. 21.

9 *Non per errorem, &c.* In cap. 62. num. 7.

10 *Ipsum testamentum, &c.* Ad uerbum ipsum in cap. 101. num. 12. testamentum quid sit in cap. 159. num. 19.

11 *Codicillos, &c.* In cap. 160. 161. per totum.

12 *Et vltimas voluntates, &c.* In cap. 159. num. 87. Item.

13 CASSAVIT, &c. Cassare quid sit, & quomodo fiat Castr. in l. cassa num. 3. C. de Sacr. San. Eccl. vide in cap. 159. num. 89.

Reuocatio ista generalis præcedentium testamentorum an tollat clausulam derogatoriam contentam in pri. testamento Alex. in l. nominatim nu. 2. ff. de liber. & posth. vbi Bart. nu. 1. Vesill. ad decis. 111. num. 15. Afflict. Rolandi. de testamen. rub. 32. num. 3. in vol. 8. par. 1. tract. a 26.

Reuocatio ista generalis an sufficiat contra testamentum iuratum non reuocare vide dicta Bart. in l. 22. si quis in princ. num. 14. 15. ff. de legat. 3. Alex. in l. pactum quod dotali num. 3. C. de pact. vide dicta de testamento iurato in cap. 158. num. 29.

Reuocatio ista generalis an tollat confessionem factam in primo testamento Alex. in l. & si pepercerit §. si ita testatus nu. 7. ff. de liber. & posth. vide supra in cap. 159. nu. 31. prope finem.

Reuocatio generalis quid differat a speciali Dyn. in cap. quod semel placuit num. 16. de reg. iur.

Generaliter, vel specialiter quando quid dicatur reuocatum Alex. in consi. 134. num. 1. volum. 1. Alia vide adducta in cap. 159. num. 90. & hic num. 16.

14 ET CASSA ESSE VOLVIT, &c. Ita dicendum esse docet Rolandi. de testam. rub. 57. volum. 8. par. 1. tract. a 29.

Alia vide relata in præced. num. 13. De verbo voluit vide in cap. 159. num. 13. & cap. 94. num 57. cap. 121. num. 22. & in diuersis terminis in cap. 78. num. 31.

15 *Non obstantibus, &c.* De clausula Non obstante vide in cap. 159. num. 90. alia vide hic num. 12. & in seq. num. 16.

16 VERBIS DEROGATORIIS, &c. Vide dicta in cap. 159. num. 90. & hic num. 12.

Reuocatio tamen expressa clausulæ derogatorie quod tollat primum testamentum factum etiam inter liberos Paris. in consi. 24. num. 12. volum. 2. vbi citat Bald. & Castr. in auth. hoc inter liberos C. de testam. vide supra in cap. 158. num. 40. post med.

17 *De quibus, &c.* De relatiuo quibus in cap. 70. num. 2. & in cap. 63. num. 44.

18 NON RECORDARI, &c. Obiuio enim est infirmitas memorie l. peregre in princ. ff. de acq. poss. & ex quibus causetur Medic. de fort. cas. par. 2. q. 5. num. 46. 47. in vol. 7. tract. a 215. Item causatur ab infirmitate arg. eorum que dicit Bald. in l. hac consultissima num. 14. C. qui test. fac. poss. & ex absentia d. l. peregre ff. de acq. poss.

Item causatur a longo temporis spacio Tiraq. de constit. par. 3. limit. 21. nu. 4. Masime spacio decem annorum Iacobat de concilio lib. 2. art. 4. num. 47. in volum. 13. par. 1. tract. a 217. Capic. decis. 52. num. 3. Alberic. in diction. in ver. obliuio Non tamen presumitur ex breuitate temporis Port. in consi. 6. num. 43.

Quando autem dicatur breue, vel longum tempus ad inducendam obliuionem est arbitrio iudicis Roy. de heretic. num. 89. cum seq. in vol. 11. par. 2. tract. a 212. Menoch. de arbitr. iud. cas. 26. num. 1. lib. 2.

Item causatur, & presumitur obliuio ex multiplicitate negociorum Alex. in consi. 84. num. 7. vol. 7.

Obliuio autem an præsumatur in vltima voluntate Aret. in consi. 47. nu. 2. Alba. in consi. 19. num. 13. Mandos. de casib. annal. num. 10. in vol. 17. tract. a 210.

Et quid in facto proprio vide l. magnam C. de contr. & co. stip. Alex. in consi. 7. num. 9. volum. 4. Castr. in l. qui fundum §. seruus num. 2. ff. pro emptore Bald. in l. cum alienam num. 12. C. de legat. Quid autem in facto iurato Bauer. de virt. iur. num. 26. in vol. 4. tract. a 366.

19 *Et omnino pœnitere, &c.* In cap. 159. num. 91.

20 *Dicens, & asserens, &c.* De assertione vide in cap. 110. nu. 26.

21 SE VELLE DECEDERE, &c. Hec verba sunt necessaria nec sufficit dicere nolo testamentum valere nisi dicatur volo decedere intestatum Io. Dilect. Dur. de art. test. tit. x. caut. 3. in

volum.

volum. 8. par. 1. tract. a 141 vide in seq. num. 22. & in cap. 159. num. 89. De verbo velle vide relata hic supra num. 14.

22 INTESTATVM, &c. Intestatum, vel ab intestato, vel intestabilem quid differant hæc verba Carp. ad stat. Mediol. cap. 278. num. 39. volum. 1. Bart. in l. 1. num. 1. ff. de suis, & legipt. Alex. in l. 2. num. 2. & ibi Dec. num. 4. C. de instit. & substit. Fulgos. in consi. 48. num. 3. Gabb. in concl. tit. de stat. concl. 1.

Intestatus verbum multipliciter accipitur l. intestatus vbi Alciat. ff. de verb. sing. Ias. in l. si quis posthumos §. si filium num. 51. 52. ff. de liber. & posth. Faber inst. de hæred. quæ ab int. in princ. num. 3. 4. & ibi Port. num. 10. Cost. Rog. de iur. interpr. arg. 2. num. 13. in volum. 1. tract. a 387. Alber. de statut. par. 2. q. 103. num. 4. in volum. 2. tract. a 269. Guliel. de Bened. in cap. Raynutius par. 1. ver si. & vxor. nom. Adel. num. 7. de testam. Olin. text. de subcess. ab intest. num. 6. eod. volum. 8. par. 1. 371. Brun. de stat. art. 8. num. 33. cum seq. in volum. 2. tract. a 198. Carp. ad stat. Mediol. in rub. de subcess. ab intest. num. 17. 18. 19. quæ est in cap. 278. volum. 1. Alber. in dictio. in ver. Intestatus Aret. in §. quod autem num. 1. inst. de legipt. ag. tut. Port. in consi. 207. num. 1. per totum.

Intestatus an dicatur et qui est intestabilis Cagn. in l. si emancipati num. 61. C. de collat. Euerar. in Cent. in loco ab opin. vulg. num. 4. Fulgos. in consi. 165. num. 4. & 6. Bald. in l. intestato num. 1. ff. de legipt. tut.

Pupillus etiam an dicatur intestatum decedere Dec. in consi. 466. num. 2. & consi. 563. num. 2. Roman. in consi. 32. num. 1. Manesil. de subcess. ab intest. memb. 3. num. 5. in volum. 8. par. 1. tract. à 323. Alberic. in diction. in ver. intestatus sed vide Paris. in consi. 22. num. 4. volum. 2. Riminal. in consi. 547. num. 2. volum. 3. Fulgos. in consi. 165. num. 4. & 6. & consi. 48. num. 2. Dec. in l. generaliter num. 4. vbi alij DD. C. de instit. & substitutio.

Proprie vero intestatus dicitur qui potuit, & noluit testari, vel cum testamento decedere vt dicitur in primis authoritatibus præcedentibus, & Bald. in l. intestato num. 1. ff. de legipt. tut. Papiens. in forma libel. pro hæred. ab intest. §. simul. num. 2. Rom. in consi. 32. num. 1. Euerard. in loco ab opinione vulg. Nam verbum intestatus denotat priuationem actus non autem potentiam Bart. in l. 1. num. 1. ff. de suis, & legipt. secus verbum intestabilis vt ibi per eum.

Intestatum autem quem decessisse in dubio presumitur Guliel. de Bened. in cap. Raynutius par. 1. in ver. testamentum pri. num. 1. de testamen. Marant. in l. is potest num. 337. ff. de acq. hæred.

Alleganti

Allegantitamen quem intestatum decessisse in cumbit onus probandi Cagn. in l. si emancipati num. 63. 74. 75. C. de collat.
Hic ergo cum dicatur se velle decedere intestatum censetur velle hæreditatem relinquere venientibus ab intestato Brun. de statut. art. 7. num. 27. in volum. 2. tract. a 196. facit l. conficiuntur ff. de Iur. Codicill. & l. si quis cum testam. vbi Bart. ff. eod. Craue. in consi. 176. num. 8. vol. 1. Dec. in consi. 422. num. 5.
ROGANS,&c. Quia eadem solemnitas requiritur in reuocando quę in conficiendo vt hic supra in princ. De clausula Rogans vide in cap. 58. num. 20. & quid sit rogare testes, vel instrumenta in cap. 159. num. 3. versi. 3.

DONATIO CAVSA MORTIS CAP. CLXVI.

FORMVLAS Alias,& mihi plus placitas ponit Spec. huius Donationis in tit. de instr. edit. §. 14. porrò per totum (vbi nu. 1. ponit et formulam de facta a filio fam. de qua hic infra num. 1. Rolandi. in tract. de donat. ca. mort. in fine in volum. 8. par. 1. trac. a 200. 201. Paris. in consi. 90. nu. 1. vol. 3. Nam in formulis cautius ponitur Reseruatio facultatis reuocandi talem donationem quæ in hac formula non ponitur.
Ad hanc materiam vide tit. ff. & C. de donat. cau. mort. vbi Azz. in summa, & DD. & instit. de donat. in princ. vbi Port. Aret. Tobb. & alij idem Tobb. rub. eod. Rolandi. de donat. ca. mort. in volum. 8. par. 1. tract. a 199. Specul. de instr. edit. §. 14. porrò per totum Couarr. de testam. par. 3. in volum. 8. par. 1. tract. a 104. Riminal. inst. de donat. in princ. in gloss. in vers. mortis num. 307. cum plur. seq. Angel. de testam. gloss. 100. in volum. 8. par. 1. tract. a 77. Host. in summa extra. de donat. cau. mor. vbi DD. Bertac. in repert. in ver. donatio cau. mor. Alex. in l. non omnis, & ibi Dec. ff. si cert. pet. idem Alex. in l. sciendum num. 6. cum seq. ff. de legat. pri. vbi late Socc. iun. & Ripa Ias. in l. quæ dotis ff. sol. matr. Roffr. in qq. sabat. q. 11. Guliel. de Benedi. in cap. Raynutius par. 1. versi. testamentum 4. num. 6. cum seq. extra. de testamen. Donat. a fina in Enchirid. conclus. in ver. donat. vers. don. ca. mor. vide dicta supra in cap. 159. nu. 86. de donat. inter viuos in cap. 86. per totum.
Donatio hæc cau. mor. quod debeat fieri vnico contextu uide Ias. in l. cum antiquitas num. 1. vbi etiam Alexand. num. 1. C. de testamen. sicuti dictum est de testamento in cap. 163. num. 28. vide hic infra num. 1. in medio An consensus patris interueniat ex interuallo.
Donatio hæc si annectatur in testamento vide in cap. 159. num. 86.

Insinuatio

Insinuatio an requiratur in hac donatione vide l. fin. vbi Bald. & DD. C.de donat. ca. mort. Port. in consi. 36. nu.20. Guid.Pap. q.610.num.1.Spec.de Instr.edit.§.14.porrò.num.3. in fin.

Donatio hęc causa mortis an equiparetur contractui vel vlt. voluntati Carp.ad stat.medio.cap.322.num.3.volum.1. Rolandi. de donat.cau.mor.num.1.in volum. 8. par.pr. tract.a 199. Capic. decis.73.nu.7. Bart.in l.tam is §.filius fam.num.1.ff.de donat.cau.mor.Bald.in l.senium num.5.C. qui test. fac. poss. Alexand.in l. sciendum num.6.8. vbi Ias. num.7. & Castr. num. 4. ff.de legat.prim.Socc.in consi. 112. num. 6. volum. 1. & consi. 47.num.7. volum. 3. & consi. 130.num. 9. volum.1. Couar. de test. par.3. num.15. in vol.8.par.pr. tract. a 106. Vrsill. ad decis. Afflict.134.num.4.5. Alciat.in l.20.verba contrax.nu.10.ff. de verb.sign. Cremens.in sing.118.nu.2. late Riminal. Inst. de donat.in princ.nu.572. cum seq.

Donatio hęc an possit fieri in scriptis, & quid tunc in ea requiratur vide l.fin.C.de donat.ca.mor.Lud.Lan.de form.test. consi. 1.nu.24.in vol.8.par.pr.tract.a 182.Ias.in l.si quis num.12.C.de codicill. Considera dicta hic infra nu.13.

Testes quinq; requiruntur in hac don.ca.mor.l.fin. C. de don.cau. mor.Spec.de instrum.edit.§.14.porrò num. 3. Rolandi. de donat.cau.mor.num.11.in volum.8.par. 1, tract. à 200. Couar. de testam.par.3.num.14.in fin.eod.volum.8.106. Riminal.Inst.de donat.in princ.nu.342. 372. 574. Vrsill. ad decis. 134. Afflict. num.2.cum seq.Bertaz.de claus.cla.2.gloss.2. num. 12. Roff. in in qq.Sabat.q.xj.nu.5. Port.in consi.36.num.43. & consi.80. nu. 2.Rolan.in consi.65.nu. 14.vol.1.

Insinuata tamen coram Iudice valet cum duobus testibus Bald. in l. pacta nouissima num. 1. & ibi Ias. num. 10. C.de pact.

De iure tamen Canonico sufficiunt duo testes, & sacerdos Socc. consi. 130. num. 5. vol. 1.

8 ANNIBAL, &c. De nomine ponendo vide in cap.1. num. 11.cap. 2. num. 12.

Donare cau.mor. an ille possit qui non potest testari Io. Dil.Dur. de arte test. tit. 1. caut. 2. num. 7. in vol.8. p. 1. tract. a 110. sed vide Bart. in l. tam is qui in princ. num.1. ff.de donat. cau. mor. Dec. in l. discretis num. 22. & ibi Alex. num. 2.C. qui test. fac. poss. facit l. cum hic §. si miles ff. de donat. inter. vir. & vxor. Rolandi. de donat. cau. mor. num. 4. in vol.8. par. 1. tract. a 200.

Cęcus an donet cau. mor. cum quinq; testibus tantum Aret. in §. Cęcus autem num. 3. inst. quib. non est perm. fac. test. Boer. in consi. 34. num. 5.

Filius familias potest donare ca. mor. cum consensu Patris l. tam is ff. de donat. cau. mor. vbi DD. Io. Dilect. Dur. de arte test. tit. 2. caut. 1. num. 1. cum seq. in volum. 8. par. 1. tract. a 109. Bart. in d. l. tam is in princ. & in §. filius fam. ff. de donat. ca. mor. vbi Castr. Riminal. instit. de donat. in princ. num. 496. cum seq. Bart. in l. qui precio num. 6. ff. de donat. cau. mor. vide in volum. 1. comm. opin. in ver. donatio cau. mor. a 212. Bart. in l. qui in potestate num. 1. ff. de testam. Port. inst. quib. non est permiss. fac. test. in princ. num. 10. & ibi Tobb. num. 16. Aret. & alij DD. Ripa in l. sciendum num. 4. ff. de leg. primo Specul. de instr. edit. §. 14. porrò num. 1. (vbi ponit formulam Donationis ca. mor. factæ a filio) Rolandi. de donat. ca. mor. num. 4. in volum. 8. par pr. tract. a 200. Couarr. de testam. par. 3. nu. 6. cum seq. in vol. 8. par. 1. trac. a 105. Cast. in l. senium nu. 3. C. qui test. fac. poss. Alfan. in collect. ad d. l. tam is nu. 135.

Quatuor enim requiruntur vt donatio cau. mor. facta per filium valeat Guid. Pap. q. 223. num. 2.

Consensus Patris in hac donatione an possit interponi ex interuallo Cremens. in singul. 70. num. 1. vide dicta hic supra in princ. vbi dicitur fieri debere vnico contextu, & quando quid dicatur factum vnico contextu, in cap. 163. num. 28. in fine.

Mors Patris an Filij an vtriusq; requiratur vt confirmetur hæc donatio, & an infirmetur per solam Filij reuocationem Guid. Pap. q. 223. num. 3. 4. Aret. in §. non tamen num. 4. cum seq. inst. quib: non est perm. fac. test. Vel per solum Patrem possit reuocari idem Aret. de testam. gloss. 100. num. 7. in volum. 8. par. pr. tract. a 277.

Filius iste an possit donare Patri in volum. 1. comm. opin. in ver. donat. ca. mor. num. 40. mihi 206. Donat. a fina in Enchirid. concl. in ver. donatio prope finem versi. donat. ca. mor. Guid. Pap. q. 223. num. 1. cum seq.

Minor cum consensu Curatoris an possit Donare causa mortis Capic. decis. 73. num. 7. 8. sed an donare interuiuos Carp. ad stat. mediol. cap. 324. num. 149.

Mulier sine Mundualdo an donet causa mortis Carp. ad stat. medio. cap. 329. num. 5. volum. prim. Riminald. Inst. de donat. in princ. num. 592. cum seq.

Vsurarius an possit donare causa mortis Couarr. de testam. par. 3. num. 11. volum. 8. par. p. tract. a 105. Socc. iun. in l. sciendum num. 22. ff. de leg. prim. Bald. in l. executorem num. xj C. de execut. rei iudi. Alexand. in l. discretis num. 2. C. qui test. fac. poss. vide dicta hic supra in princ. An hæc donatio æquipararetur contractui.

a *Sanus, &c. Mente, &c.* Vide dicta in cap. 159. num. 9.

Licet

3 *Licet corpore Languens, &c.* De his verbis in cap. 159. nu. 12. Donatio enim hæc causa mor. fit tam ab infirmo quam a sano. Azo in summa C. de donat. cau. mor. num. 2. Bald. in l. fin. num. 1. C. eod.

Infirmus autem an in dubio præsumatur facere actum inter viuos Rimin. Instit. de donat. in princ. num. 318.

4 *Non vi, &c. dolo, vel metu, &c.* In cap. 1. num. 17. 18. 19.

5 *Seu aliqua machinatione, &c.* In cap. 65. num. 8. in cap. 62. num. 37.

6 *Sed, &c. mer. & liber. vol. &c.* Quæ sit mera voluntas in cap. 86. nu. 11. & quæ libera voluntas in cap. 1. num. 22.

7 *Ex certa scientia, &c.* In cap. 1. num. 21.

8 *Non per errorem, &c.* In cap. 65. num. 11.

9 *Et omni mel. modo, &c.* In cap. 1. nu. 23. & in cap. 159. nu. 87. in fine, & in diuersis terminis in eod. cap. 159. nu. 18.

10 EX TIT. DON. CA. MOR. &c. Titulus quid sit, & quomodo intelligatur in cap. 94. nu. 60. titulus hic denotat causam l. 28. & l. 41. in princ. ff. de donat. cau. mor. & si hęc translatio non diceretur quo titulo, vel causa fieret, daretur conditio sine causa sicuti etiam cessio non fit sine titulo, vel causa vt in cap. 105. num. 23.

Donatio causa mortis quid sit vide §. mortis causa & §. & in summa inst. de donat. l. 1. & l. 35. senatus §. donatio ff. de dona. ca. mor. Azo, in summa C. de don. ca. mor. num. 1. Riminal. instit de donat. in princ. num. 308. cum seq. Ias. in l. quæ dotis num. 44. ff. sol. matr. Rolandi. de donat. ca. mor. num. 1. 2. in vol. 8. par. pr. tract. a 199.

Donatio hæc quid differat a legato Castr. in l. senatus §. si quis mortis ff. de donat. ca. mor.

Donatio ex quibus depræhendatur quod sit causa mortis, & non interuiuos vide decis. 85. in princ. lib. 15. Motiu. Flor. vt puta quando mentio mortis est in verbis dispositiuis non in executiuis tantum Dec. in l. more maiorum num. 33. ff. de iurisd. omn. iud. idem Dec. in consi. 500. num. 10. Item ex alijs vt per Alex. in consi. 14. num. 1. cum seq. volum. 1. Aret. in consi. 74. num. 3. cum seq. late Paris. in consi. 16. num. 3. 4. volum. 2. & consi. 46. num. 28. volum. 4. Riminal. in consi. 241. num. 2. volum. 2. Rom. in consi. 513.

In dubio vbi est facta mentio mortis an intelligatur donat. cau. mor. vide eod. & Hercul. in responso num. 116. & in addit. ad Rolandi. de donat. cau. mor. num. 21. in vol. 8. par. pr. tract. a 200. Riminal. inst. de donat. in princ. num. 367. Amanell. de clar. aqu. in singul. 9. num. 1.

Verba hæc causa mortis an debeant exprimi vt sit donat. ca. mor.

alias fit inter viuos Rolandi.de donat.ca.mor. num.9.21.in volum.8.par.pr.tract.a 200.Couarr.de testam. par.3.num.25.eod. volum.107.Riminal.inst.de donat.in princ.num.316.cum plur. seq. & num. 367.cum seq. Guliel. de Bened.in cap. Raynutius par.pr.uer.testamentum 4.nu.30. de testam. Petr. Gher.in sing. 5.num.9.Bertac.in repert.in ver.Donat.cau.mor. nu.21.

Si nulla causa periculi mortis interueniat vide l.2. & l. 31. mortis causa §. rursus, & in l.35.senatus §. mortis ff. de donat. ca.mor. Quid si fuisset dictum si Deus aliquid faceret de me. vide supra in cap.159.num.4. versi.3.

11 DEDIT DONA. TRAD.&c. Vide dicta in cap. 86.nu.18. Donatio hæc fit, vel traditione, vel pollicitatione, vel stipulatione Rolandi.de Donat. cau.mor. num. 8. in volum.8.par.pr. tract.200.Castr.in l.2.num.4.ff.de legat.prim.Gulie.de Bened. in cap.Raynutius par.pr.versi. testamentum. 4.num. 30. de testamen.Cagn.in rub.C.de pactis num. 16. Jas.in l. qui Romæ §. flauius num.31.ff.de verb.oblig.Alia vide hic infra nu. 16.

Donatio hæc quando incipit a traditione, an sit contractus Bart. in l.1.num.2. ff.de donat. cau.mor. Riminal. instit. de donat. in princ.num.597.

12 BINDATIO, &c. De nomine apponendo in cap. 1.num.11. cap.2.num. 12. Debet enim hæc donatio fieri capaci l. omnibus ff.de donat.ca.mor.facit l.2.& l.22.& l.35.eod. Rolandi. de donat.cau.mor.nu.5.in vol.8.par.pr.tract.200.

Inter virum, & vxorem an valeat Rolandi.de donat.ca. mor. num. 7.in uol.8.par.pr.tract.a 200.Couarr.de test.par.3. num. 2. cum seq.eod.vol.104.

13 PRAESENTI, &c. Requiritur etiam consensus donatarij Castr. in l. 2. nu. 4. ff.de legat. & an sufficiat sola presentia cum taciturnitate Cagn.in rub.C.de pac. num.16.vide dicta in cap. 86.num.20. Couarr. de test. par.3.num.13.in med. in volum. 8. par. 1. tract. a 105.

Præsentia donatarij an sit necessaria an etiam valeat facta absenti Rolandi, de donat.cau. mor.num.12. in fine & num.25. in vol. 8.par. pr. tract. a 200. Couarr. de testam. par. 3. num. 13. 14. eod. volum. 105. Bald. in l. 2. in princ. num. 2. ff. de pac.pulchre Rom. in consi.513.num.2.facit l. inter mortis ff.de donat. cau. mor. Bertac. in repert. in ver. donat. cau. mor. versi. 53. Notarius si pro absente recipiat an valeat Guid. Pap. q. 222. num.1.Rom. in consi.513. vide dicta in cap. 86. num.20. & hic supra in princ. prope fin. vbi dicitur an valeat fieri inscriptis vide dicta in cap. 159. num. 86.

14 PRO SE ET SVIS HAEREDIBVS, &c. De hac clausula in cap.86. num.21. vbi etiam dicitur quod hęc verba denotant

donat.

donat. interuiuos & non causa mor. vide etiam Riminal. instit. de donat. in princ. num. 343. cum seq. Alex. in consi. 14. num. 3. volum. 1. Dec. in consi. 470. num. 5. volum. 2. idem Dec. in l. non omnis num. 8. ff. si cert. pet. Roland. in consi. 8. num. 20. cum seq. volum. 1. vide tamen quæ ipse Roland. dicit in consi. 61. num. 21. volum. 2.

Donatarius si prædecedat donanti an regulariter hæc donatio transeat ad hæredes Riminal. instit. de donat. in princ. num. 397. Socc. in consi. 72. num. 5. volum. 3. Crauc. in consi. 214. num. 18. volum. 2. Roland. in consi. 77. num. 11. volum. 1. Dec. in l. non omnis num. 8. ff. si cert. pet. Bald. in l. 2. num. 10. C. de iur. doct. vide l. 22. in mortis causa & l. 25. si ij & l. 28. si mortis cau. §. fin. & l. fin. ff. de donat. cau. mor. l. 9. si inter virum & vxorem ff. de reb. dub.

15 VEL CVI IVR. SVA CONC. &c. In cap. 63. nu. 13. 14.

Substitutio an possit fieri in hac donatione Castr. in consi. 384. si queritur vtrum volum. pr. per totum vide l. x. & cui ff. de don. ca. mor. Castr. in l. 2. nu. 6. ff. de legat. primo.

16 STIPVLANTI, &c. Quid differat, quod hæc donatio fiat in testamento, vel per stipulationem Roland. in consi. 82. num. 23. & 26. volum. 1. Dec. in consi. 195. num. 3. Fit etiam pacto nudo, & traditione, vt hic supra num. 11. uide in cap. 159. num. 86. & hic infra nu. 34. post. med.

Quod hęc stipulatio in tali donatione sit reuocabilis Bart. in l. 1. nu. 2. ff. de dona. ca. mor. vide hic infra nu. 34.

17 VNAM DOMVM, &c. In cap. 63. num. 18. cum seq. Quid si dicta domus erat aliena vide l. 13. si alienam in princ. ff. de donat. cau. mor. vel erat alteri obligata vide l. 18. mortis ca. §. fin. ff. eodem.

Omnium autem bonorum donatio causa mortis an valeat Cagn. in l. fin. num. 217. C. de pact.

De donatione omnium bonorum inter viuos dictum fuit in cap. 87. per totum.

18 *Cui a pr. &c.* In cap. 63. num. 27.

19 *Ad habendum, &c.* In cap. 63. num. 41.

20 *Quæ bona, &c. constituit, &c. se precario, &c.* Ad verba quæ bona vide in cap. 63. num. 44. De constituto Precari in cap. 65. num. 46. & de constituto in cap. 63. num. 45.

21 *Donec, &c. tenutam, &c.* In cap. 63. num. 46.

22 *Quam accipiendi, &c.* In cap. 63. num. 47.

23 *Etiam sua propr. Auth. &c.* In cap. 63. num. 47. in cap. 90. num. 76. in cap. 94. num. 49.

24 *Et sine licentia, &c.* In cap. 94. num. 46. De Licentia in cap. 73. num. 8.

25 STATIM SECVTA MORTE, &c. De dictione statim in cap. 80. num. 35. Statim enim secuta morte dominium transit in donatarium Couarr. de testam. par. 3. num. 16. in volum. 8. par. 1. tract. a 106. nec expectatur aditio quia sola morte confirmatur in volum. 1. comm. opin. in ver. donat. cau. mor. versi. 35. a 209. col. 2. Couarr. de testam. par. 3. num. 22. in volum. 8. par. 1. tract. a 106. Angel. de testam. gloss. 100. num. 1. & 4. eod. volum. 8. par. 1. a 77. vide Bart. in l. in mortis causa num. 1. ff. de donat. cau. mort. Bald. in Auth. ex causa num. 42. C. de liber. pret. Socc. in consi. 19. num. 6. volum. 4. Bertac. in repert. in ver. donatio cau. mor. versi. 30.

Declara tamen hoc vt per Gulielm. de Bened. in cap. Raynutius par. 1. versi. testamen. 4. num. 37. de testamen.

26 *Et ex cau. d. donat. &c. cessit, &c.* In cap. 63. num. 63.

27 *Dicto Bindac. præsenti, &c.* Hic supra num. 12. 13.

28 *Et pro se, & suis hæredibus, &c.* Hic supra num. 14. 15.

29 *Omnia iura, &c.* In cap. 63. num. 66.

30 VOLENS, &c. Ad hoc verbum in donatione cau. mor. vide dicta Paris. in consi. 16. num. 17. volum. 2. Alba. in consi. 74. num. 5. Alia ad tale verbum volens vide dicta in cap. 159. num. 13. & in cap. 94. num. 57. & in cap. 78. num. 31.

31 *Atq; paciscens, &c.* In cap. 83. num. 7. in cap. 63. num. 164. & hic supra num. 11. & num. 16. & hic infra uum. 34.

32 *Bona vt supra donat. pleno iure, &c.* In cap. 90. num. 75.

33 SPECTARE AD d. BINDAC. &c. De verbo spectare, & pertinere in cap. 80. num. 28. & sic nulla fuit apposita conditio vnde facit l. 42. Seia §. fin. ff. de donat. cau. mor.

Donatarius si prædecedat vide hic supra num. 14. in fine Substitutio an poni possit in hac donatione vide hic supra num. 15.

34 QVAE OMNIA, &c. De hac clausula vide in cap. 62. num. 29. De tali clausula posita hic dubito cum contineat promissionem de non reuocando, & ob id intricat in altercationem an dicta clausula faciat transire hanc in donationem inter viuos (maxime cum hic non sit reseruata facultas reuocandi) quod faciat transire in donationem inter viuos, & non possit reuocari Riminal. inst. de donat. in princ. num. 361. Rolandi. de don. cau. mor. num. 10. in volum. 8. par. 1. tract. a 200. in volum. 1. comm. opin. in ver. donatio mor. causa a 211. col. 2. versi. 71. Gabbr. in conclus. in tit. de iur. iura. conclus. 9. num. 2. Abba. in cap. fin. num. 4. ex. de precar. Roff. in qq. sabat. q. 11. num. 12. vide decis. 89. in princ. lib. 6. Montiu. Flor. Socc. in consi. 137. num. 1. volum. 1. Bald. in l. cum quis num. 4. ff. de cond. ob. cau.

Contra

Contra tamen quod possit d. donatio reuocari non obstante dict. clausula vide late Roland. in consi.61. num.24. volum.2. Dec. in consi.521. num.13.14. volum.2. Paris. in consi.16.num.13. cum seq. & num.17. volum.2. Dec. in consi. 238. num.10. vol. 1. & in puncto etiam Fely. in consi.43. num.14.

Sed in hac dubietate distinguitur per Albam in consi. 74. nu. 5. Dec. in consi. 304. num.5. & per totum, & latissime ampliat, & limitat Pet. Duen. in conclus. 217. in ver. donat. ca. mor. mihi in volum. reg. iur. 320.

Iuramentum si huic Clausulæ, & donationi apponatur an possit reuocari Bertac. in repert. in ver. donatio cau. mor. num. 18. Gabbriel. in conclus. in tit. de iur. iur. concl.9. Roland. in consi. 61. num. 25. volum. 2.

Reuocari autem quotupliciter possit hæc donatio Guliel. de Bened. in c. Raynutius p. 1. versi. testamen. 4. nu. 41. de testam. Rolandi. de donat. cau. mor. num.10. in volum. 8. par.1. tract. a 200. Azzo. in summa C. de don. cau. mor. num.5. Castr. in l. non omnis num. 3. ff. si cert. pet. Riminal. instit. de donat. in princ. num. 377. in fine, & num. 378. cum plur. seq. vbi dicit quod reuocatur Conualescentia, Penitentia, Prędecedentia, Donatarij Alienatione rei donatæ facta à donante Inimicitia superuiuente. Si donatio fuit facta in fraudem creditorum vt late per eum ibi eod. & aliqua vide hic supra num. 14. in fine, & infra in seq.

An reuocetur ad exemplum legatorum vide §. hec mortis ca. inst. de donat. l. 15. §. fin. l. 17. §. fin. l. 37. in princ. ff. de donat. ca. mor. sed vide l. post legatum §. fin. ff. quib. vt indig.

Alienatio rei donate an reuocet donationem ca. mor. Riminal. inst. de donat. in princ. num. 399. Couarr. de testam. num. 19. in volum. 8. par. 1. tract. a 106.

Si donatorem peniteat vide l. 30. qui mortis & l. 16. mortis causa ff. de donat. cau. mor. Couarr. de testam. par. 3. num. 23. in volum. 8. par. pr. tract. a 106. vide dicta Bart. in l. si alienam §. 1. num. 1. ff. de donat. cau. mor. Bald. in l. cum hi num. 5. ff. de transact. Boer. in consi. 34. nu. 6. Donat. a fina in Enchirid. conclus. in ver. donatio vers. donat. cau. mort. (vbi citat limitationem) Tiraq. in l. si vmquam versi. Donatione largitus num. 253.256. C. de reuoc. donat. vbi Tiraq. ponit an eadem solemnitas requiratur in ea reuocanda, quæ requiritur in ea ordinanda.

Penitentia tamen donatarij non reuocatur Bald. in l. cum hi num. 5. ff. de transac. Bertac. in repert. in ver. donat. cau. mor. versi. 55.

Si Donator decedat sine hærede an reuocetur per penitentiam Riminal. instit. de donat. in princ. num. 390. cum seq. Ias. in l. qui Romæ §. flauius num. 28. cum seq. ff. de verb. oblig.

Donatio causa mortis annexa in testamento an differat a facta in contractu quo ad reuocationem Bart. in l. si alienam §. 1. nu. 1. ff. de donat. cau. mor. Castr. in l. 1. ff. eod. vide hic supra num. 16. & xj. cap. 159. num. 86.

Inimicitia subseques inter donantem, & donatarium an eam reuocet Petr. Gher. in singul. 5. num. 7. Riminal. inst. de donat. in princ. num. 401.

Impugnatio testamenti a donatario facta an reuocet hac donationem Socc. iun. in l. sciendum num. 81. ff. de legat. pri.

Clausula Cassans posita in testamento an reuocet hanc donationem! vide supra in cap. 159. num. 89.

DEPOSITVM GRATIA DEPONENTIS. CAP. CLXVII.

HOC Instrumentum Laureatum fuit supra in cap. 102. il 21 ideo ibi vide quia meliori ordine ibi cadebat.

SVMPTVM INSTRVMENTI. CAP. CLXVIII.

FORMVLAM Huius instrumenti vide in Specul. de instr. edit. §. 4. ostenso num. 1, 2. cum seq. & de quibusdam obseruandis Paris. de Put. de Reass. instr. rub. 3. num. 20. in volum. 4. tract. a 36. & hic infra.

Ad hanc materiam, & de infrascripti s requisitis in sumptu vltra posita hic infra distinctim vide Abb. in cap. cum pub. tab. num. 1. & in cap. seq. si instrum. vbi Fely. & alij DD. de fide instr. Hostiens. in summa de fid. instr. num. 10. cum seq. Specul. de instr. edit. §. 4. ostenso num. 1. cum seq. & num. 24. & per totum Bald. Castr. Ias. Dec. & alij DD. in Auth. si quis in aliquo C. de edendo late Fely. in suo repert. in ver. exemplatio & in ver. exemplum Paris. de Put. de Reass. instrum. in volum. 4. tract. a 26. cum seq. DD. in tit. ff. & C. & extra. de fid. instrum. Carp. ad stat. mediol. cap. 397. & 399. volum. 1. vbi late Aret. inst. de legipt. pare. tut. in princ. num. 5. 6. & in vol. 1. comm. opin. in ver. instrumentum. q. 16. cum seq. mihi 548. Bertac. in repert. in ver. copia, & in ver. exemplar. Gramm. decis. 106. num. 1. Afflict. decis. 6. & ibi Vrsill. in addit.

Quæ requirantur in hoc sumptu faciendo vltra predicta Castr. in consi. 702. in causa confinium num. 1. volum. 1. Aret. in consi. 36 num. 6.

nu.6.cum seq: Alex.in consi.112.nu.1.vol.4.Gui.Pap.q.2.& ibi Reanc. in add.

Quinque requiri dicit Abb. cap. cum publ. tab. num. 1. de fid. instr. Sex requiri dicit Ripa in conf. 114.nu.14. Octo requiri dicit Afflict.decis.6.nu.3.vide remissive per ... ad stat.medio.cap. 399. num. 14. volum. 1.

1 IN DEI NOMINE, &c. Ad hoc vide dicta in cap. 1. num.1.

2 HOC EST EXEMPLVM, ET SVMPTVM, &c. Quid sit exemplum, & sumptum Ant. Ranch.in addit. ad quæst. 2. Guid. Pap. per totum Abb. in cap.si instrumenta nu. 1.ex. de fide instr.

3 CVIVSDAM PVBL. INSTRVM. &c. De qualibet publica scriptura potest fieri sumptum Carp. ad stat. mediol. cap. 399. num.12.vol.1.

Instrumentum publicum proprie dicitur exemplari Abb. in cap. si instrumentum nu. 1. de fid. instr. & originale dicitur exemplar. copia vero dicitur exemplatum Bar. in l. 48. Sempronius nu. 2. ff. de leg. 2. & originale dicitur etiam matrix Bald. in l. publicati nu.9.C.de test. Ant. Ranch. hic supra nu.2.

Instrumentum autem quid sit in cap.90.num. 58. & quando dicatur publicum vide in cap.1.num. 10.

4 PRIVILEGII, &c. Quid sit Priuilegium vide in cap.114.nu. 38. Quod autem priuilegium seu instrumentum exemplandum debeat a Iudice diligenter inspici Abb. in cap. si instrumenta nu.2.de fid.instrum.

Quia multa contra Priuilegiũ possunt opponi de quib. per Speculat.de instr.edit.§.11. nunc autem per totum sicuti contra instrumentum multa obijciuntur Spec.eod.in §.9.instrumentum cum seq.vide hic infra nu.7. & in addit. ad Host.de fid. instr. sub.nu. 10.in litera M. vide hic infra nu. 7.

5 ROM. IMPERAT. &c. Cur ita dicatur in cap. 114. nu. 12.

6 VERA BVLLA, &c. Hoc dicitur primo vt cognoscatur tale priuilegium, seu instrumentum esse originale, & authenticum Alex.in consi.150.nu.3.vol.6.Castr. in l. sancimus nu. 3. & 4. C. de diuers.rescr.Spec.in §.4.nu.2.de instr.edit.

Secundo dicitur vera Bulla quia bulla seu signum,& subscriptio requiritur, vt possit exemplari, seu sumptum ex eo fieri Roland.in consi.32.nu.35.vol.2.vide hic infra nu.15. & an sola bulla sufficiat Specul. de instr.edit.§.8.restat.nu.21.

Tertio dicitur vera Bulla, quia Notarius recipiens instrumentum a iure reprobatum, an puniatur vide Guid. Pap.q.118.nu.3.

Bulla autem prædicta si esset fracta, vel deperdita an aliquid importet

portet.

portet cum hic tale priuilegium sit per publicum instrumentum Abb. in cap. inter dilectos num. 3. de fid. instr. vide Crau. in consi. 46. nu. 6.

Bulla autem prædicta olim erat aurea, ut in cap. 114. nu. 12.

7 OMNI VITIO [illegible]CIONIS CARENS, &c. Quia sumptum non fit ab instrumento vitioso, vt docet, & exemplificat Host. in summa de fid. instr. num. 12. vide ibidem in addit. sub nu. 10. in lit. M. hic sup. n. 4. & Spec. de instr. edit. §. 4. ostenso nu. 14. Sed debet carere omni vitio Abb. in cap. si instrumentum nu. 3. de fid. instr.

Immo si originale esset in carta perforata, vel immunda non debet ex eo sumptum fieri Bertaz. de clausul. in prohem. nu. 17. in fin.

Hęc affirmatio ꝙ originale careat vitio an debeat ẽt per Iudicem affirmari, & non per Notarium tantum vide Abb. in d. cap. si instrumenta num. 2. de fid. instrum. tamen hac formula, & istis verbis vtitur Spec. in d. §. 4. nu. 12. de instr. edit. Cautius tamen erit si affirmetur, & per Iudicem, & per Notarium Abb. eod.

8 SVMPTVM ET EXEMPLATVM, &c. Et sic debet esse publicum vt probet alias non probat Abb. in cap. si instrumenta nu. 1. de fid. instr. vide tamen Damas. in Broccard. reg. 46. exemplum de quo mihi in vol. reg. iur. 1127.

9 AD PERPETVAM REI MEMORIAM, &c. Hæc est prima causa sumptum faciendi Specul. in d. §. 4. ostenso num. 4. & 5. de instr. edit.

10 *Prout, &c.* De hac dictione vide in cap. 59. num. 2.

11 NIHIL ADDENS, &c. Quia si plus quam originale contineret præsumeretur falsum Abb. in cap. cum marte num. 1. de celebr. Miss. Quod nihil sit addendum, vel minuendum dicit Abb. Fely. & alij in cap. cum public. tab. de fid. instr. Spec. in d. §. 4. ostenso de instr. edit. Afflict. decis. 6. num. 3.

Sumptum enim diuersum ab originali non attenditur Ioseph de Ludo. decis. 13. num. 11.

12 CVIVS TENOR EST, &c. An de necessitate in sumptu faciendo, legi debeat coram testibus totus tenor Specul. in d. §. 4. nu. 36. de instr. edit.

Tenor autem scripturæ quod debeat attendi vide in cap. 99. num. 12. 14. & in cap. 148. num. 3.

13 *Videlicet, &c.* De hac dictione vide in cap. 144. nu. 33.

14 EGO L. CIV. ET NOT. &c. Hoc sumptum fit a Notario Abb. in cap. cum publ. tabell. num. 1. de fid. instr. per illum tex. & in cap. si instrumentum nu. 2. eod. vbi Fely. num. 12. Quid an possit fieri a priuata persona Host. in summa de fid. instr. num. 10. cum seq. Spec. in d. §. 4. ostenso num. 24. de instr. edit. Carp. ad stat. Mediol. cap. 399. num. 3. uol. 1. Afflic. decis. 6. nu. 3.

15 SV-

15 SVPRASCRIPTVM SVMP. EX SVO ORIGINAL. &c. Nisi appareat originale non potest sumptum ab exemplo fieri & si fiat nó probat Vrsill. in addit. ad decis. 282. Afflict. n. 9. Bal. in l. 2. nu. 2. de fid. instr .. declara ut ibi per eum nu. 3. Abb. in cap. si instrumenta num. 5. de fid. instrum. Dec. in cap. 1. num. 1. de fid. instrum. & in auth. si quis in aliquo nu. 30. vbi Bald. nu. 2. C. de edendo Alexan. in consi. 138. num. 4. volum. 1. & consi. 108 nu. 4. vol. 5. Castr. in l. sancimus nu. 2. C. de diuers. rescrip. (vbi dicit quomodo cognoscatur quod sit originale, & quod sumptum ex sumpto ét authentico fieri non posse) Carp. ad stat. Mediol. cap. 399 num. 13. volum. 1. Nepos. de excep. artic. 2. num. 5. uol. 3. par. 2. tract. a 107. facit l. procurator vbi Bart. C. de edend. l. 2. ff. de fid. instr. Auth. si quis in aliquo C. de edendo Dec. in consi. 36. nu. 1: vide hic infra nu. 18. Rom. in consi. 336.

Etiam si plures Notarij fidem facerent primum sumptum fuisse exemplatum ab originali, & etiam si Papa, vel Imperator dispensaret Bertaz. de claus. claus. 5. glo. 4. nu. 1. Rom. in sing. 716. nu. 1. vide supra nu. 6. 7. & in infra nu. 38. 42. in fin.

Quando autem sumptum factum ab exemplo probet Bart. in l. in fraudem §. neque instrumenta num. 2. ff. de iure. fisci. vide in volum. 1. comm. opin. in verb. instrumentum. q. 19. 519. & hic infra nu. 38. in fine.

16 FILI SIRICI AZVR. ET CROC. COL. &c. Ex his cognoscitur an instrumentum, seu priuilegium sit originale Castr. in l. sancimus nu. 2. C. de diuers. rescript. Specul. in d. §. 4. ostenso nu. 2. de instr. edit.

17 OMNI VITIO, &c. Vide hic supra nu. 7.

18 DE COMMISSIONE D. IVDICIS, &c. Hoc sumptum fit de mandato, & authoritate iudicis ordinarij, & in eius præsentia alias non valet Roland. in consi. 69. nu. 5. volum. 3. Abb. in cap. cum pub. tab. num. 1. & 6. per illum tex. & in cap. seq. si instrumenta num. 9. & 10. de fid. instr. vbi etiam Felyn. num. 2. 3. Spec. in §. 4. ostenso num. 10. 24. 26. de instr. edit. Carp. ad stat. medio. cap. 399. num. 5. 6. volum. 1. (vbi dicit etiam coram delegato posse fieri) Afflict. decis. 6. num. 3. Mandos. de Monitor. q. 43. num. 3. in volum. 3. par. 2. tract. a 67. Castr. in l. sancimus nu. 2. C. de diuers. rescrip: Aret. in consi. 36. num. 6. Hostiens. in summa de fid. instrum. num. 10. Alexand. in auth. si quis in aliquo num. 2. 3. C. de edendo vide hic infra num. 36. 38. & num 42. in fine.

De consensu partium sine iudicis authoritate, an possit fieri vt ei credatur. quod non dicit Specul. in dict. §. 4. ostenso num. 33. de instr. edit. Paris. de Pute. de reasumpt. instrum. rub. 4. num. 7. in volum. 4 tract. 37. & in rub. 18 num. 30. cod. a 41. vide Bald. in

d.anth.si quis in aliquo num 2.& 4.C. de edendo vide hic supra nn.15.Notario afferenti sibi factam fuisse hanc commissionem an credatur (nisi appareat in actis) Guid. Pap.q.126.an in hac Aret. in consi.36.num.6.& consi.33.num.5.Alex. in consi.104. num.6.uolum.5.& consi.212.nu.18.volum.6.& consi.213.nu. 6. volum. 2. Paris. in consi.61.num.7. volum. 4. Dec. in consi. 158.num.8.& consi. 42.num.5. Roland. in consi.72.num. 16. volum.2, & consi. 94.num.37.volum.2. Fusch. in singul. in ver. notar. num. 20. Vrsil. ad decis. 317. num. 1. Afflict. Anania in consi.49. num.6.7. vide infra in cap.170. num.5. Ripa in consi. 49. num. 6. vide hic infra num. 30. in fine.

19 *De qua in actis, &c.* De tali commissione debet apparere in actis vt in adductis in præced. num. 18. Acta autem quę dicantur vide in cap.156.num.36.

20 *Et coram ipso D. Iudice, &c.* Vide vide hic supra num. 18. & cur dicatur coram Iudice vide in cap.154. num. 5.

21 *Ad cautelam, &c.* De tali dictione in cap.78. num.23.

22 PRO TRIBVNALI, &c. Coram D. Iudice pro tribunali sedente fit hoc sumptum Specul. de instrum. edit. §.4. ostenso num. 26.

An credatur notario afferenti quid actum fuisse pro tribunali sedente Castr. in consi. 202. in causa confinium num.6.volum.1.

Ad clausulam Pro tribunali vide dicta in cap. 76.num. 33.

23 FIDELITER SVMPT. &c. Idest nihil ad substantiam pertinens addendo, vel detrahendo cap. cum pub. tabell. vbi Abb. num.1. de fid. instrum. vide hic supra num. xj. De verbo fideliter vide in cap.92. num.19.

24 DE VERBO AD VERBVM, &c. Vide dicta hic supra nu. xj. Ad talem clausulam De verbo ad verbum vide in addit. ad Alex. in auth. si quis in aliquo nu.2. in litera A. C. de edendo. Vrsill. in addit. ad decis.202. Afflict. num.3. Dec. in consi.347. pri. facie in casu num.2. Paris. in consi.117. num.18. volum. 1. & vide dicta in cap.99. num.12.14. & in cap.148. num.3. Quod sumptum de verbo ad verbum debeat fieri dicit etiam Bertac. in repert. in ver. exemplar. versi.26.

25 PROVT, &c. IN ORIGINALI, &c. Originalis proprie dicitur ipsa imbreuiatura sed an etiam dicetur copia illa quæ est sumpta, & subscripta ab eodem notario absq; decreto Iudicis Bald. in l. 2. num. 3. versi. quero ff. de fid. instr.

De clausula Prout vide in cap. 59. num. 2.

26 *Et copiam coram præd. D. Iud. &c.* Hic supra num. 18. & infra num. 36.

27 VNA CVM, *ser.* B. *ser.* F. *ser.* A. *ser.* C. Ita docet Spec. in §.4. ostenso nu.7.8. de instr. edit. vide hic infra nu.42.

28 Et

28 *Et rescontraui, &c.* Ita faciendum esse dicit Specul. eod.
29 *Ipseq; D. Iudex pro trib. sed. &c.* Hic supra num. 18. 22.
30 VISA CITATIONE, &c. Quod citatio omnium quorum interest sit necessaria in faciendo hoc sumptu Bald. in l. 2. num. 1. 2. ff. de fid. instr. Abb. in cap. cum publ. tabel. num. 1. de fid. instrum. & ibi Fely. num. 3. Hostiens. in summ. eod. num. 12 Specul. in d. §. 4. ostenso num. 26. 27. cum seq. de instrum. edit. Socc. in consi. 187. num. 8. volum. 2. Riminal. in consi. 718. num. 6. volum. 4. Craue. in consi. 197. num. xj. Roland. in consi. 69. num. 57. 58. 59. volum. 3. Vrsill. ad decis. 113. num. 3. Afflict. & ad decis. 282. num. 9. (in quo num. 9. dicit non solum partem citandam sed ei terminum assignandum esse ad impugnandum) Marant. in prax. par. 6. versi. actorum editio. num. 4. Paris. de Puteo de Reass. instrum. rub. 5. num. 20. in volum. 4. tract. a 36. Asyn. in prax. §. 7. cap. 5. limit. 96. num. 3. Carp. ad stat. mediol. cap. 399. num. 10. xj. volum. 1. Afflict. decis. 6. num. 3. Bart. num. 4. & Alex. in auth. si quis in aliquo num. 2. 3. C. de edendo vide in volum. reg. iur. 545. in ver. instrumenti cuiuscumq; quę est reg. 231. Socc. Fely. in suo repert. in ver. instrumentum quando exempl. & in ver. exemplatio Dec. in consi. 36. num. 1. & consi. 564. num. 12. Ripa in l. admonendi num. 153. ff. de iur. iur. Aret. in consi. 36. num. 6. Roland. in consi. 69. num. 57. volum. 3.

Limitatur dicta conclusio vt per Riminal. in consi. 282. num. 9. 18. volum. 2. sed contra eum Asyn. in prax. §. 7. cap. 5. limit. 96. nu. 3. Limitat etiam aliter Io. de Arnon. in singul. 50. num. 1. & Alex. in auth. si quis in aliquo num. 3. 4. C. de edendo.

Citatio generalis vltra prędicta quod requiratur quando fit exemplatio Priuilegij vt hic vide Alexan. in consi. 150. num. 4. vol. 6. Roland. in consi. 69. num. 58. volum. 3.

Citatio quod præsumatur in sumptu antiquo Cum. in consi. 158. num. 2. Aret. in consi. 36. Dec. in consi. 36. num. 2. & consi. 445. num. 15. Alex. in consi. 101. num. 9. 10. volum. 7. Paris. in consi. 104. num. 54. 55. volum. 1.

An hæc verba visa citatione de necessitate sint ponenda Cels. Vg. de claus. num. 229. in volum. 18. tract. a 501. vide dicta in cap. 144. num. 13.

An credatur huic assertioni si in actis non appareat citationis relatio Paris. in consi. 31. num. 14. volum. 4. cum debeat apparere vt hic infra num. 32. & hic supra num. 18. in fine.

31 AD PETITIONEM, ET INST. &c. Hoc sumptum fit ad instantiam eorum quorum interest cap. cum publ. tabell. vbi Abb. num. 1. de fid. instr. Afflict. decis. 6. num. 3.

De hac clausula Ad pet. & inst. vide dicta in cap. 100. nu. 6. in fine.

32 PROVT IN ACTIS, &c. De dictione prout in c. 59. nu. 1. Acta autem quæ dicantur in cap. 156. num. 36. Citatio quod debeat apparere in actis Specul. in §. 4. ostenso num. 26. 27. cum seq. de instr. edit. vide hic supra num. 30. in fine.
